# Proemiū in libros digeſtorū.

## Sequūtur ti tuli digeſtorū

Quāq₃ aūt noua placere videant᷑ vt
in auc. de conſuli. §. q̄ntacūq₃ in fi. colla.
iiij. Ac oīa noua decorata ſint pulcritu/
dine vt in ꝓemio hui⁹ volumis ffꝺoꝝ
§. diſcipuli x̄li. in ſc̄dō. dū tn̄/ vt ſubij/
cit/ nullū inutile nullū q₃ incōſuetū ibi
inueniat᷑ ꝙ rephēdūtur qui nouitates
inutiles inducunt. xi. di. quis neſciat et
in reb⁹ nouis conſtituendis euidēs dꝫ
eſſe vtilitas. ff. de. conſti. pnci. l. in reb⁹
nō tn̄ quiſq₃ ſane mentis ꝑ hoc exiſti/
met vetuſtati fore detrahendū cū ſcōꝝ
patrū decreta ſanxerūt reuerentiā ve/
tuſtati exhibendā. c. q̄nto ex̄ de trāſla.
epiſ. ⁊ inquit papa in. c. ꝯ ſtatuta xxv. q.
i. Contra ſtatuta patruꝫ aliq̄d condere
vel mutare nec hui⁹ quidē ſedis p̄t au/
toritas ſcꝫ de facili ſm glo. Apud nos
eni īcōuulſis radicib⁹ viuat antiq̄tas
cui decreta patrū ſanxerūt reuerentiaꝫ
Hinc impator. C. de teſta. l. teſtamenta.
ait Mos ei retinēd⁹ eſt fideliſſime ve/
tuſtatis. Cū igit᷑ in his ffꝺoꝝ libris ve/
tera iura ab oīb⁹ tā doctorib⁹ q₃ legū au
ditorib⁹ et ipis iudicib⁹ obſeruāda re/
piant᷑ iuxta ꝓemiū ſ̄ allegatū in fi. nec
ſublata ꝑ nō vſū aut vetuſtatē debeant
cenſeri ſed in viridi obſeruantia ſꝑ pre
ualere iuxta. l. arriani. C. de hereti. dili/
genti aīmo ſūmo q₃ ope ffta. aggredia/
mur iuxta ordinē in principio ꝓmiſſuꝫ
a vetei inchoādo vt in illo eruditi ffꝺo
rū infortiati et noui doctrinam adipiſci
valeamus faciliorē Qd̄ nobis cōcedat
qui viuit in ſecula benedict⁹ Amē.

In primis nāq₃ ſciendū ꝙ ffꝺoꝝ tria
ſunt volumina ſcꝫ. ff. vet⁹ Forte ſic di/
ctū ꝙ tractat principaliter de his q̄ ve/
tuſtiori iure puta a iure naturali origi/
nem ſumpſerunt queadmodū ſunt q̄ſi
oēs contract⁹ q̄ ſunt a iure naturali ſe/
cundario hoc eſt iure gentiū introducti
inſt. de iure naturali gen. ⁊ ciui. §. ius āt
Item ſilr̄ tractat᷑ in veteri de vſu pla/
citandi eadē rōne. Et hꝫ hoc fftū vet⁹
xxiiij. libros Scd̄m volumē dr̄ inforti/
atū ſeu fftū infortiati. ſic dictū ꝓpter for
tes leges ibi contentas circa heredita/
tes diſponētes vt dicit gl. in rubrica in
pncipio infortiati vel eſt vocabulū ma/
giſtrale De q̄ diſputare magis eſt curio
ſum q₃ vtile ſm p̄alle. gl. et hꝫ hoc infor
tiati fftū. xiiij. libros Et. ff. nouū ſic appel
latum quia poſt vetus ius xij. ta. noua
contineat ſcꝫ p̄toꝝ edicta tractans de
criminib⁹ et delictis et eoꝝ penis q̄ ſo/
lent pro nouis referri Et hꝫ hoc fftum
nouū xij. libros ꝑtiales et ſic repiuntur
ffꝺoꝝ quīquaginta libri In quib⁹ libris
allegat᷑ lex cū ſuo titulo ſimplr̄ vt in ix.
primis libris Codicis Itē oēs tituli tā
ff. infortiati q₃ noui allegant᷑ in veteri ꝑ
infra et tituli. ff. noui allegant᷑ tā in ve/
teri q₃ infortiato ꝑ infra ſed. ff. veteris
tituli allegant᷑ in infortiato et etiam in
nouo ꝑ ſ̄. ſilr̄ tituli infortiati allegāt᷑ in
nouo ꝑ ſ̄ Rō ptꝫ ex ordine libroꝝ.
Scd̄o ſciēdū ꝙ quīquaginta libri appel
lantur ffꝺoꝝ ſeu pandectaꝝ vt in princi
pio hui⁹ proemij alle. ⁊ in proemio in/
ſtitutionū Digeſtoꝝ ideo quia diſputati
ones legitimas in ſe continet et q̄ſi di/
gerit et qd̄ vndiq₃ fuit collectū in ſin⁹
ſuos recepit. C. de ve. iure. enucl. l. ij. §.
ſed cū oīa Pandectaꝝ ideo quia totius
iuris doctrinā hic liber in ſe ꝯtinet ſm
Jo. et dr̄ a pan qd̄ eſt totū et decten qd̄
eſt doctrina quia vt dictū eſt totius iu/
ris doctrinaꝫ ⁊c. in ſe continet. Ter/
tio ſciendū ꝙ impator Juſtinianus hic
p̄miſit vnaꝫ conſtitutionē proemialem
Et licꝫ totus liber ſit iuriſcōſultoꝝ tn̄

iſtud proemiũ eſt Juſtiniani quia cũ ex multitudine antiquoꝝ libroꝝ cõpilaſſet pmo codicẽ.ſcd'o ffta. tertio inſtitutiones vt inſtl.in ꝓemio.§.omnes et.§.cũqꝫ neceſſe erat tradi modũ legendi dictos libros quẽ tradit hec cõſtitutio proemialis licꝫ in hoc ope aliꝰ ordo tradaꝛ et ſic poſt ffta fuit facta hec cõſtitutio ꝓemialꝛ ſꝫ gl.fi.ſupſcriptiõis ſeu rubce hꝰ ꝓemij.iſtũ tñ codicẽ q̄ fuit factꝰ añ ffta hodie nõ habemꝰ ſed illũ quẽ hẽmꝰ factus eſt poſt ffta ſꝫ gl.inſtl.in ꝓhe.in pͣalle.§.cũqꝫ.

# Sequiꝛ titulꝰ libri.

## In noĩe dñi Amen. Juſtiniani ſacratiſſimi principis ꝑpetui auguſti iuris enucleati ex omni veteri iure collecti fftoꝝ ſeu pandectaꝝ liber pmꝰ de iuſticia et iure incipit.

Hic ſciendũ circa titulũ ꝙ qñ leges huiꝰ libri facte fuer̄t nõ fuit dictũ in pncipio In noĩe dñi ꝙ pagãi erãt caꝝ autoẽs.C.de ve.iu.enu.l.i.ſed ĩpatoꝛ Juſtinianꝰ in hac cõpilatõe pmiſit in noĩe dñi ꝙ ipe chꝛianꝰ fuit vi. initiũ inſtitutionũ et ibi gl.et h̄ gl.i.Et vi.gl.in ꝟbo collecti q̄ dicit ꝙ h̄ pt colligi ꝗs fuit autoꝛ ſiue cõpilatoꝛ ꝙ Juſtinianꝰ filiꝰ Juſtini.vt inſtl.de dona.§.eſt et aliud Itēꝫ q̄ mateĩa ſcꝫ oĩa vetera iura antiq̄ꝝ prudentũ. Que intẽtio ſcꝫ vt colligat ius enucleatũ in vnũ volumẽ.vtilitas ꝑ ſe ptꝫ ꝙ minori pecunia poterit nũc emi liber iſte.et qꝛ citius addiſci pt q̄ꝫ olim. Cui pti phĩe ſupponaꝛ Et q̄dẽ ethice ꝙ de moribus tractat hoc volumen ſicut alia duo volumina.

### De iuſtitia et iure.

Tractaturꝰ autoꝛ iura populi rhomani pmittit de iuſticia et iure que iuſticia eſt mater iuris vt in.l.i.et ibi glo.ff.e. et ideo ab ea incipit. Eſt aũt iuſticia ꝯſtãs et ꝑpetua voluntas ius ſuum vnicuiqꝫ tribuens.l.iuſticia.ff.e.⁊ inſtl.e.in princi. de quo ibi latius videbis Et appellaꝛ a iuſticia ius ſicut filia a matre.ff.eo.l.i.in pnci. Jus aũt eſt ars.boni et equi cuius merito q̄s nos ſacerdotes appellat Juſticiam nãqꝫ colimus et ſacra iura miniſtramus.boni et equi notitiam profitemur.equum ab iniquo ſeꝑantes licitum ab illicito diſcernentes. bonos non ſolum metu penarum verum etiam premioꝝ exhortatiõe efficere cupiẽtes. veram niſi falloꝛ phĩaꝫ non ſĩulataꝫ affectãtes Verba ſũt tex.in.l.i.§.i.ff.e.vbi vide declarationem huius diffinitionis.⁊ diuiſiones iuris.vi.in .d.l.i.§.huiꝰ ſtudij et quaſi ꝑ totũ vſqꝫ in fin. Et capitur ius multis modis vi.l.pe.ff.e. Et quia diciꝛ boni et equi ſciendũ ꝙ equitas eſt rerũ conuenientia que in paribus cauſis paria iura deſiderat et oĩa ꝑfecta bene coequiparat et dicitur equitas quaſi equalitas et vertitur in rebus id eſt iudicijs et in factis hominum.iuſtitia in mentibus quieſcit iuſtoꝛum. Jñ etiã ꝙ ſi vellimus loqui dicimus iudicium equum non iuſtum et hominem equuꝫ nõ iuſtũ Abutentes aũt his appellationibus dicimus iudicem equum.iudicium iuſtum ſm Azo.inſtl.e.in ſum. Et an iudex debeat ſequi potius equitatem.vel potiꝰ iuris rigoꝛem notatur plene per doct. in.l.placuit.C.de iudi.⁊ in.c.fi.extra de tranſactio.

### De origine iuris ciuilis oĩm mgr̃atuũ et ſucceſſione prudentũ.

Dictũ eſt in ſupiori titulo q̄d ſit ius et vñ deriueꝛ. ſequiꝛ vidẽ que fuerit huiꝰ iuris origo Et merito de origine poniꝛ nec enĩ aliꝛ ꝑfectã traderet doctrinam niſi originẽ traderet mediũ ⁊ finẽ ꝯſeq̄retur cũ id ſolũ dicaꝛ ꝑfectũ q̄d ex oĩbꝰ ſuis ptibꝰ.i.pncipio medio et fine ꝯſtat ff.e.l.i. Et ꝙ effectꝰ iuris accipiꝛ ꝑ cos

# Digeſti veteris

q̃ iuri dicēdo pſūt cū paꝝ ē iura in ciui-
te eē niſi ſint q̃ iura reddē pñt l.ij.§.p⁹
originē.ſ.e. Apponit etiā de origine oīm
mgr̃atuū. Eſt āt hic ſciendū ꝙ origo iu
ris qd̓ in ciuitate rhomana añ h⁹ iuris
cōpoſitionē frequētabat̃.i. pmordialis
cā iuris fuit ab inſtitutis duaꝝ ciuitatū
grecaꝝ ſcʒ athenaꝝ et lacedomonioꝝ
q̃rū pria iure ſcripto altera vo nō ſcri/
pto vtebat̃ vt inſtl. de iure natura gen.
et ciui.§.et nō inelegant̃. Rhomani enī
q̃ ciuitatē muri. fundauerāt eā et legib⁹
munire conabant̃ vñ decē viros pro/
iure ſcripto et nō ſcripto deſtinauerūt
in greciā q̃ reportauerūt decē tabulas
in quib⁹ leges erāt ꝯſcripte q̃ decē viri
data eis ptāte corrigendi etſi op⁹ foret
interp̃tandi duas alias addiderūt ⁊ ita
ex accidēti appellate ſūt leges xij.tabu/
laꝝ.l.ij.§.poſtea ne diuti⁹.ſ.e. Ex his xij.
tabulis exorta eſt diſputatio prudentū
q̃ ius ciuile appellat̃.ſ.e.l.ij.§.his legib⁹.
Deiñ ex his legib⁹ cōpoſite ſūt actiōes
ne ꝑ pl'us ꝓut vellet actiões inſtitueret
ſed certas et ſolēnes eſſe voluerunt et
appellat̃ hec ps iuris legis actiones .i.
ltime actiōes.d.l.ij.§.deiñ. Quarto ꝯpo/
ſita ſūt plebiſcita occaſiōe cuiuſdā diſ/
cordie quā habebat cū prib⁹ plebs.ſ.e.l.
ij.§.deiñ cū eſſet.et hec plebiſcita cōſtat
eſſe legē.i.eadē eſt ptās plebiſcitoꝝ ⁊ le
gū inſtl de iure natura.et ciui.§.plebiſci/
tū. Quīto ſenatuſcōſulta ꝙ difficile erat
plebē cōuenire.d.l.ij.§.deiñ ꝙ difficile
Et q̃ dicāt̃ ſenatuſconſulta et quō fie/
bāt vi.inſti.de iure natura. gen.et ciui.
§.ſenatuſcōſulta. Sexto p̃toꝝ edicta.d.
l.ij.§.eodē tpe.nā p̃tores iura reddebāt
ꝓponētes edicta vt quiſqȝ ſciat de q̃ re
dicturi eſſent ſe ꝙ ꝓmuniret.q̃ edicta p̃
toꝝ etiā ius hōrariū appellant̃ Septio
et vltīo vt oīa cōplerent̃ ventū eſt ad
dñm.i.ꝑncipē cui data ē ptās vt qd̓ ꝯſti/
tuiſſet ratū eēt ſic ꝙ facte ſūt cōſtitutio
nes.d.l.ij.§.nouiſſime.que etiā vocātur
ꝑncipū placita. Nūc videam⁹ de origīe
mgr̃atuū. Et q̃dē ī initio citat ⁊ rex hūit
oēʒ ptātē.d.l.ij.§. ꝙ ad mgr̃atus.i.pn̄ci.
Poſtmodū regis ptās aboleuit de ci/
uitate ꝓpter tarquiniū et ita duo cōſu/
les conſtituti ſūt.ſ.e.l.ij.§.exactis. Deiñ
tertio cōſtituti ſūt cenſoēs quia cenſus
augend⁹ eſſet et cōſules nō ſufficerent
d.l.ij.§.p⁹ deiñ. Quarto ꝓpter belloꝝ an
xietatē cōſtituti ſunt dictatores q̃ maio
rem ceteris hēbāt ptātē ꝙ ab ipis non
poterat appellari.d.l.ij.§.ꝑplo Itē electi
ſūt a plebe tribuni.d.l.ij.§.hiſdē tpib⁹ lʒ
et creati ſūt queſtores.d.l.ij.§.deiñ cum
erāt. Vltio loco voluerūt creare leges
ideo latū eſt ad pplm̄ vt mgr̃at⁹ ſe abdi
carēt.d.l.ij.§.et cū placuiſſʒ. Subijcit̃ in
rubrica ſucceſſiōe prudētū.i.autoꝝ vel
doctoꝝ ſubſtitutiōe. Paꝝ eſt enī ius in
ciuitate eſſe vel etiā nullo mō ꝯſtare pt
niſi ſit aliq̄s iuris doctor p̃ quē poſſʒ q̃ti
die in meli⁹ ꝑduci.d.l.ij.§.poſt.deiñ de
auctoꝝ. Et eſt hoc notādū ſm Azo.con
tra monarchas.i.theologos Licʒ ipi di
cāt Nos toti mūdo ſufficere poſſumus
De ſucceſſiōe veteꝝ doctoꝝ q̃liter vn⁹
alteri ſucceſſit et ſciaʒ iuris conſcripſe/
rant.vi.in.d.l.ij.§.iuris ciuilis qui cla/
rus eſt in ſe.

## De legibus et ſenatuſcōſultis et longa conſuetudine.

Viſa iuris et legū origine ſiue cā ſuppo
nit de his legibus ⁊ que vicē legū ob/
tinent.i.ſenatuſcōſultis et longa con/
ſuetudine. Quid aūt ſit lex vi. L.e. Eſt
tñ ꝟtus legis imꝑare vetare ꝑmittere
prohibere l.legis.ſ.e. Itē inciuile ē niſi
tota lege ꝑſpecta vna aliq̃ ꝑticula eius
ꝓpoſita iudicare vel reſpondere.l.ius.ſ.
e. Senatus āt cōſultū eſt qd̓ ſenatus.i.
cetus ille honeſtiſſimus ſenatoꝝ q̃ cen/
tum erant nūero cenſuit atqȝ ſtatuit vi.
inſtl.de iure natura.gen. et ciui.§.ſenat⁹
et qd̓ dixi. L.de ſena.con. Non eī ābigit̃

ſenatũ ius facere poſſe hinc velleanum macedonianũ et alia multa ꝑ ſenatũ poſita ſunt De longa conſuetudine vi.C. q̄ ſit lõga cõſue.et vi.late de materia cõſuetudinis ꝑ bar.in.l. de qb⁹.ff.e.et vi.l. qđ nõ rõne.ff.e.ꝙ nõ rõne introductũ ē ſed errore ꝓmũ.deĩ cõſuetudine obtentum eſt in alijs ſilibus nõ obtinet Et ē cõſuetudo ius nõ ſcriptũ qđ ꝓ lege obſeruať cũ deficit lex.i.di. cõſuetudo naꝫ diuturni mores cõſenſu vtentiũ approbati legeꝫ imitanť inſti. de iure natura. gen.et ciui.§.ex nõ ſcripto et eſt cõſuetudo optĩa legũ interpres.l.ſi.de inťpretatiõe.ff.e.c.cũ dilect⁹ eꝫ de conſue.

## De conſtitutionibus principum.

De legib⁹ generaliť dixerat nũc ſpecialiter de legib⁹ tm̃ imꝑatoris vi.l.i.ff.e qđ ꝓncipi placuit legis hꝫ vigoreꝫ.vñ qđcũqꝫ princeps ſtatuit ꝑ epłaꝫ et ſubſcriptionē vel cognoſcēs decreuit vel de plano interlocut⁹ eſt vel edicto ꝓcepit lex eſt et appellať cõſtitutio vt ibi et beneficiũ qđ a dĩna ꝓncipis indulgentia ꝓficiſcit pleniſſime interꝓtari dēm⁹ l.fi.ff.e.Debet tñ in reb⁹ nouis cõſtituēdis ſubeſſe euidens vtilitas vt recedatur ab eo iure qđ diu equũ viſum eſt.l. in reb⁹.ff.e. Et q̄dã cõſtitutiões ſũt generales cũctoꝝ vitas cõſtringētes.l.leges.C.de le.q̄dã ꝑſonales q̄ nec ad exemplũ trahunť nã qđ pĩceps alicui obmẽita indulſit vel ſi cui penã vel alicui ſine exemplo ſubuenit ꝑſonã nõ egreditur.ff.e.l.i.§.plane.modos cognoſcēdi legem generalē vi.ꝑ tex.in.l.iij.C.de le.⁊ ꝑ glo.in.c.vt circa in ṽbo ꝑꝑetuo circa prin.de elect.

## De ſtatu hoim.

Dictũ eſt ſ̄ de origine iuris ſed quia oē ius q̄ vtimur vel ad ꝑſonas ꝑtinet vel res vel ad actiões.l.i.ff.e.et cũ hoim cauſa oē ius cõſtitutũ ſit pmo de ſtatu ꝑſonaꝝ videndũ.l.ij.ff.e. Hic ſciendũ ꝙ iſte titulus appellať in inſtl.de iure ꝑſonarũ vñ dic ꝙ oēs hoies aut ſunt liberi aut ſerui.l.in ſũma.ff.e.et quid ſit libertas et quid ſeruit⁹ vi.l.libertas.ff.e. Iteꝫ q̄ ſũt libertini.ff.e.l.libertini. Qui aũt ſunt ingenui.vi.l. et ſeruoꝝ.§.ingenui.ff.e. et.l. ingenuũ.ff.e.vbi dicit ingenuum accipe debemus etiã eũ de quo ſententia lata eſt q̄uis fuerit libertin⁹ quia res iudicata ꝓ veritate accipiť Item nõ ſunt liberi nati ſi mulier aliquid monſtruoſuꝫ aut prodigioſum enixa eſt.l.nõ ſunt.ff.e et ſic ptꝫ ꝙ ſtatus hoim dĩ conditio vel qualitas ꝑſonaꝝ qua quis plurimũ põt et vide.l.lex nature.ff.eo.ꝙ qui naſcitur ſine legitimo matrimonio matrem ſeq̄tur niſi lex ſpecialis aliud inducat Qui aũt dicuntur vulgo concepti dic ꝙ qui patrem demõſtrare nõ pñt vel qui pñt ſed eum habent quem habere non licet qui et ſpurij appellãtur.l.vulgo.ff.e. Itē ſeptimo menſe naſcitur ꝑfectus partus Et ideo credendũ eſt eum qui ex iuſtis nuptijs ſeptimo menſe natus eſt iuſtuꝫ filium eſſe.l.ſeptimo.ff.e. et dicit glo.ſeptimo incepto etiam non cõpleto ꝙ in ſex menſibus et vno die poteſt naſci et vſqꝫ ad decimum menſem finitum et nõ vltra vt in auten.de reſti. et ea q̄ pa.§. mulier coll. iiij. Item qui in vtero eſt hꝫ pro iã nato quotiens agiť de cõmodo eius q̄nqꝫ alij ãnqꝫ naſciť neq̄qꝫ ꝓſit l.qui in vtero.i. et ij.ff.e. Et vi.l. queritur.ff.eo. ꝙ in hermaphrodito extimať ſexus qui in eo ꝓualet Hoc valet ſcire An poſſit ea facere que viris non mulieribus permittunť quia vt dicit.l. in multis.ff.eo.ꝙ conditio feminarum in multis iuris articulis deterior eſt q̄ maſculorum.

## De his qui ſui vel alieni iuris ſunt.

Sup̄ dictum eſt de vna diuiſione ſequitur videre de alia ꝙ quedam perſone

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſui iuris ſunt. quedam alieno iuri ſubiecte. l. i. ff. e. Sciēdū φ alieni iuris id eſt in alterius poteſtate ſunt ſerui qui ſunt in poteſtate dñoꝝ. d. l. i. § i. Item liberi ex iuſtis nuptijs procreati ſūt in ptāte parentū. l. Itē in ptāte. ff. e. his itaqꝫ cognitis qui ſūt alieni iuris cognoſcit ſiꝰ qs ſui iuris ſit. d. l. i. circa prin. vñ dic φ liberi hoīes aut ſunt patreſfamilias aut filijfa. Patreſfamilias ſunt qui in nullius ptāte ſunt etiāſi fuerint vniꝰ diei tm̄ Filijfa. qui in nulliꝰ ſunt ptāte etiā ſi eſſent centū ānoꝝ.

## De adoptionibus et emācipationibus et alijs modis quibus ius poteſtatis diſſoluitur.

Dictū eſt ſ. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris ſꝫ φ ꝑ adoptionē qs ꝯſtituit alieni iuris. i. in ptāte alteriꝰ inſtI. e. in pn. igit ſubijcit hec rubrica ⁊ φ ius ptātis diſſoluit emācipatiōe et alijs plibꝰ modis ſubijcit de emācipatiōibus et alijs modis quibus ius po. ſoluit. de materia vid qd dixi. C. de adop. et. C. q. mo. ius po. ſol. et inſtI. qbus mo. ius pa. po. ſol. ꝑ totum.

## De reꝝ diuiſione et qualitate.

Dictū eſt ſ. de ꝑſonis dicendū erit de rebus Et quia ꝑ diuiſiones matēia meliꝰ capitur ſubijcit de reꝝ diuiſione et q̄litate. de materia videb inſtI. e. et ibi dicam.

## De ſenatoribus.

Quia de ſtatu hoīm et diuiſione reꝝ vidimus ſequit de actionibus et iudicijs que quia ꝑ officiales explicant vt ſ. de origi. iuris. l. ij. § poſt originem Ideo de officijs dicit/ primo ꝑmittendo de ſenatoribus vt de dignioribꝰ qui erant centum numero. C. de peti. here. l. fi. in pn. et inde coꝝ iudicium centuꝫ virale appellatum fuit vt ibi. Senatores autem accipimus eos eſſe qui a patricijs et cōſulibus vſqꝫ ad omnes illuſtres viros deſcendunt quia ⁊ hi ſoli in ſenatu dicere ſententiā poſſunt. l. fi. § fi. ff. eo. non tamen erant vltra centū vt dicit hic glo. rubrice Vñ ſenator eſt vir cōſularis dictus a ſenio vel ſenectute. ſolis eni ſenibus cura reipublice demandabatur. l. ſemper. ff. de iure emu. et. l. ad rempublicam. ff. de mune. et ho. Hi etiam patres conſcripti dicebantur quia eorum noīa ſcripta erant in diadematibus capitum eorum vt dicit glo. inſtI. qui. mo. ius pa. po. ſol. § filiuſfa. Item qui remotus eſt a ſenatu ꝓpter turpitudinem iudicare nec teſtimoniuꝫ dicere poteſt. l. ij. ff. e. Et qui indignus eſt inferiore ordine indignior eſt ſuꝑiore. l. qui indignus. ff. e.

## ¶ De officio conſulis.

Dictum eſt ſ. de ſenatoribus qui ſunt illuſtres ſequitur videre de officio cōſulis qui et illuſtris ē vt in auc. de ap. § illo. Officiū aūt conſulis eſt auctoritatem prebere manumittere volētibus in cōſilio. l. vnica. ff. e. et vt ex ſenatuſcōſulto conſilij cauſam examinet. d. l. vnica in fi. et dicit glo. φ volūtariā tm̄ iuriſdictionem habet. olim mex imꝑiū. ⁊ vñ cōſules originē habuerūt vi. in. l. ij. § deinde exactis ſ. de origi. iuris.

## De officio prefecti pretorio

Quia et hic illuſtris ē ſubijcit de officio ꝑfecti ꝑtorio ſm glo. rubrice Hic ſciendū φ cū antiquitus dictatoribus ſūma ptās cōmitteret elegerūt dictatores ſibi mgr̄os militie et eos ſibi aſſociauerēt ⁊ ꝑ eos multa expediebāt/ hodie poſtq̄ trāſlata eſt eoꝝ ptās in pricipē priceps loco illoꝝ mgr̄oꝝ equitū elegit ꝑfectos pretorio. ad ſilitudinē mgr̄oꝝ militū/ et φ ꝑficiebant ꝑtorio imꝑiali vbi cauſas examinabāt appellati ſunt ꝑfecti ꝑtorio et eis plenā ptātē largitꝰ eſt ſcꝫ faciendi leges et remouendi iudices inutiles Et hñt iſti in duobꝰ priuilegia Primū



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝙ nõ appellat ab eorum ſnīa/ſcꝫ ꝙ ipi pñt reſtituere minores ſi dicant ſe leſos quod nõ eſt in alijs iudicibus hoc dicit l.ij.ꝟ.eo.ſm glo.i.

### De officio ꝑfecti vrbis.

Quia et iſte illuſtris eſt in auc. de ap.§.illā de eo ſubijcit Eſt āt ꝑfect⁹ vrbis cui a dño imꝑatore cõmiſſa ē vrbis admi/niſtratio.ꝟ.e.l.i.vide qđ dixi.C.e.

### De officio queſtoris.

Iſte etiā illuſtris eſt in auc.de ap.§.illo iō ſupponit de eo.de materia vi.qđ dixi C.e.et vi.hic.l.vnicā vñ et qñ habuert originē ꝙ dicit ꝙ rhomul⁹ ꝛ numa põ/pili⁹ binos queſtores habuerunt ſꝫ cre/brior apđ veteres opīo ē tulliū hoſtiliū tertiū rhomanoꝝ regē pmū in rēpubli cā queſtores introduxiſſe.d.l.vnica.

### De officio pretoris.

Dictū ē ſ de illuſtrib⁹ ſeqꝛ vidē de ſpe/ctabilib⁹ nā ꝑtor eſt ſpectabilis in auc. de ap.§.ſimili ꝗꝫ mō.De materia vi.qđ dixi.C.e.et vi.l.barbari⁹.ꝟ.e.ꝙ error cõ munis facit ius an et qñ h̄ ꝓcedit vid ibi doct.et vñ ꝑtores habuerūt originē plene dicit tex.in.l.ij.§.cunqꝫ conſules vbi vide tex.claꝝ.

### De officio ꝑfecti vigilū.

Quia iſte ſpectabilis ē.ꝟ.e.l.iij.in fi.i. ſꝫ de eo ſubiūgit de mateīa vi.qđ dixi.C.e

### De officio ꝓcõſulis et legati.

Hic ſpectabil' eſt vt in auc.de non alie. §.fi.coll.ij. Iō dicit h̄ de eo vi. qđ dixi C.e.vi.tñ.l.obſeruare.§.i.ꝟ.e.vbi habeꝛ ꝙ ꝓcõſul añqꝫ ingreſſ⁹ eſt ꝓuinciā ſibi decretā dꝫ mittē edictū de aduentu ſuo cõtinēs cõmēdationē aliquā ſui et ſic ꝓmittiꝛ ſe commendare.

### De officio ꝑfecti auguſtalis.

Iſte ſpectabilis ē vt ceteri.C.de ꝑua. carceri.l.i.§.viro q̄ꝫ Iō ſupponit de eo vi.qđ dixi.C.e.et.l.vnicaꝫ.ꝟ.e. vbi dicit glo.ꝙ ꝑfect⁹ egypti diciꝛ auguſtalis ꝙ auguſtus primū eū ibi conſtituit.

### De officio preſidis.

Dictū ē ſ de ſpectabilib⁹.nūc ſeqꝛ vidē de clariſſimis nā ꝑſes ē clariſſim⁹.C.de ꝑua.car.l.i.Eſt āt ꝑſidis nomē genēale vt cõphendat oēꝫ q̄ eligiꝛ ad ꝓuinciaꝫ regēdā.l.i.et ibi gl.ꝟ.e.et q̄ ſit dīa inē ꝑſi dem ꝓuīcie et ꝓcõſulē vi.C.de.offi.ꝓ/cõſu.et le.et qđ ibi dixi et in gl.d.l.i.ꝟ.e. De materia vi.lati⁹ qđ dixi.C.de offi. rec.ꝓuin.ꝙ vt ibi rector ꝓuīcie dī ꝑſes vi.tñ.l.obſeruādā.ꝟ.e. q̄ ſic ait obſuādū eſt ius reddētī vt ī adeūdo q̄dē ſe faci/lē ꝑbeat ſꝫ cõtēni ſe nõ patiaꝛ vñ man datis addiciꝛ ne ꝑſides ꝓuīciaꝝ ī vlte/riorē familiaritatē ꝓuīciales admittāt nā ex ꝯuerſatiōe eq̄li cõtēptio digni/tatis naſciꝛ vñ ſolꝫ allegari ꝙ nimia fa miliaritas parit ꝯtēptū vi.in.c.etſi iude os ex de iude.quod ꝓcedit inꝛ ruſticos ꝛ paꝝ ītelligētes ita videꝛ dicē g.in.ca. lxxxvi.di.nā inꝛ intelligētes familiari/tas ñ parit ꝯtēptū ſꝫ beniuolētiā affe/ctionē et amicitiā inducit ſm pa.in.d.c. etſi iudeos.

Crationalis.

### De officio ꝓcuratoris ceſaris vel

De iſto ꝓcuratorē ceſaris q̄ etiā dī rõna lis vi.qđ dixi.C.de offi. comi.re.ꝑua.q̄ comes dī ꝓcurator ceſar/. ꝛ ibi dixi de ei⁹ officio et vi.l.i.et ij.ꝟ.e.vbi tractatur etiā de ei⁹ officio ipe tñ nõ habꝫ ius de portandi.l.fi.ꝟ.eo.

### De officio iudicis alexādrie.

De materia hui⁹ tituli vi.C.de offi.iu ridici.alex.Ad iſtū ſpectat tm̄ admiſtra tio iuris nõ reꝝ vi.in loco ꝑalleg.

### De officio ei⁹ cui mādā ē iuriſdictio

Dictū ē ſ de off.ordinarij.nūc delegati licꝫ et de ordīario aliq̄ leges dicāt Alij ſic ꝯtinuāt dictū ē de iuriſdictiōe ordia ria q̄ ē in cognoſcēdo nūc de eā q̄ in de/legādo.ſ.q̄s delegat de q̄ ī.l.fi.ī ꝑn.ꝟ.co. Et cui de q̄ nihil ī h̄ titulo et q̄ cā de q̄ in.l.i.et q̄i ꝑ totū.ꝟ.e.Et q̄liꝛ officiū ſuū explicat delegat⁹ de q̄ ī fi.et ī.l.i.in fi.ꝟ.e. lati⁹ dicā ex de offi.dele.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## De officio aſſeſſoꝝ.

De materia huꝰ tituli et cõtinuatiõe dic vt in.l.i.ꝟ.e.et eſt aſſeſſor quẽ iudex ſibi aſſociat ad deciſionẽ cauſe et cõſiſtit officiũ eiꝰ in cognitiõibꝰ poſtulatiõibꝰ libellis an ſint recipiẽdi vel nõ ꝑut la tiꝰ in glo.d.l.i.ꝟ.e. et vide qđ dixi.C.co.

# Incipit liber ſcđus

## De iuriſdictione oĩm iudicum.

Glo.rubrice cõtinuat Hacten⁹ de officijs locutꝰ eſt deſignãdo qđ ꝓpriũ officiũ vniuſcuiuſqȝ ſit nũc cõiter de omni iuriſdictiõe Et que eſt dĩa inter hũc ti. et illũ ſ de offi.eius cui man.eſt iuriſdictio vide hic glo.rubrice.de materia vi. C.co. latiꝰ tñ hic examina qđ ſit iuriſdictio quid meꝝ impiũ qđ mixtuȝ de q̃ in.l.impiuȝ cũ ſequen.ꝟ.e. et dic ſm bar. in.d.l.impium ꝙ iuriſdictio generalit̃ ſumpta cõphendit in ſe ea que ſũt meri et mixti ĩperij ⁊ ſimplicis iuriſdictiõis ꝑ hoc.l.i.ff.ꝟ.e.et qđ ibi notat̃ ⁊ tex.iũc. gl.in ꝟbo oĩmodã in cle.vnica de fo.cõpe.vbi dicit tex.ꝙ expulſꝰ epũs exercet in loco vicino iuriſdictionẽ oĩmodam ⁊ ꝑ iſtđ ꝟbũ oĩmodã dicit ibi gl.ꝙ tex. voluit cõphendere ea q̃ ſunt meri ⁊ mixti impij et ſimplicis iuriſdictionis Et iuriſdictio ſic generalit̃ ſũpta ſic diffinit̃ Iuriſdictio ẽ ptãs de iure pblico introducta cum neĉitate iuris dicendi et equitatis ſtatuẽde ita dicit gl.in.l.i.ꝟ.e. Bar. addit cõpetẽs alicui tanq̃ꝫ publice pſone Et iuriſdictio ſic generalit̃ ſumpta diſtinguit̃ in impiũ et iuriſdictionem et tũc iuriſdictio capitur vt ſpecies diſtincta ab impio Impium vero generaliter ſumptum eſt iuriſdictio que exercetur officio iudicis nobili Nam eſt duplex officium nobile et mercenariũ Nobile quod non deſeruit alicui actioni ſed inder ex ſe ꝓcedit Mercenariũ vero dicitur quod deſeruit actioni intentate per partẽ de quo in.c.ij.ex̃ de offi.iudi. Imperiũ vero diuidit̃ in merum et mixtum merum impium ſic diffinit̃ Eſt eñ iuriſdictio que exercet̃ officio iudicis nobili publicã vtilitatem reſpiciens Imperium mixtum eſt iuriſdictio que exercetur officio iudicis nobili ꝑuatã vtilitatem reſpiciens Iuriſdictio ꝟo vt ſpẽs ſumpta eſt iuriſdictio q̃ expedit̃ officio iudicis mercenario ꝑuatã vtilitatẽ reſpiciens vñ facit bar. breuit̃ tres regulas Prima ꝙ ea que expediunt̃ officio iudicis nobili ad publicã vtilitatẽ dicũtur meri impij Scđa regula ea q̃ exercent̃ officio iudicis nobili ad vtilitatem ꝑuatã dicũt̃ mixti impij Tertia ea q̃ exercent̃ officio iudicis mercenario ad vtilitatẽ ꝑuatã ſũt ſimplicis iuriſdictionis Et diſtinguit bar.meꝝ ĩperium ſex modis Primũ eſt maximũ qđ cõpetit ſoli pñcipi vt facere legẽ cõeȝ Scđꝫ imperiũ maiꝰ eſt aĩaduertere in facinoroſos ĩferendo vltimũ ſuppliciũ vel mẽbri abſciſſionem ⁊c. Tertiũ magnũ ẽ cũ q̃s ꝑdit ciuitatẽ ſine libertate puta deportatur Quartũ eſt ꝑuũ eſt relegaẽ vl corpꝰ acriter afficere Quĩtũ eſt minꝰ vt eſt modica coertio q̃ competit cuilibet magiſtratui Sextũ ẽ minimũ et cõſiſtit in leuiter mulctando Et hec duo vltĩa delegant̃ de iure ciuili nõ ãt alia De iure ãt canonico oĩa q̃ ſũt meri impij delegãtur ſm Inno. quẽ ſequũt̃ cõit̃ oẽs in.c qđ ſedẽs ex̃ de offi.ordi.vbi vi.latiꝰ pa.

¶ Circa pmiſſa tñ ſciendũ ꝙ ex̃ territoriũ ius dicenti impune nõ paretur idẽ eſt ſi velit ſup̃ ſuã iuriſdictionẽ ius dicere.l.fi.ꝟ.e. Põt tñ maior vel equalis ſe ſubijcẽ iuriſdictioni alteriꝰ vt ei et aduerſus eũ ius dicat.l.eſt receptũ.ꝟ.e. Et cui iuriſdictio data eſt ea ſibi cõceſſa vident̃ ſine quibꝰ iuriſdictio explicari nõ pt.l.ij.ꝟ.e. Itẽ q̃ iuriſdictiõi pẽſt neqȝ ſibi ius dicere dꝫ neqȝ vxori vel liberis ſuis neqȝ libertis vel ceteris q̃s ſecum habet.l.qui iuriſdictioni.ꝟ.e.

## Quod quiſqȝ iuris in alteꝝ ſtatuit ipſe eodem iure vtatur.

Quia plerūq͛ꝫ iniqua p̄cepta et con/
ſtitutiones p iuris miniſtros id eſt iudi
ces emanāt Ideo ꝓponit in hoc edicto
quid iuris ſit ſi quis iniquū ius ſtatuat
Dic ſciendū ꝙ hoc edictū quod quiſqꝫ
iuris habet locū ſiue cōſtituat iniquum
ingratus volēs eſſe ius cōe de cetero
qđ ſtatuit ꝛ obſuari in oib⁹ pſonis ha/
bito tractatu cū procerib⁹ toti⁹ ciuita/
tis ſiue etiā in cauſa duoꝝ vel vni⁹ vel
pluriū ſententiā ferat dolo.hoc eni ver
bū ſententie poſitū in fi. p̄me legis.ff.e.
apte indicat ſm Azo.hoc veꝝ ſi ſtatutū
mero iure teneat alioquin ſi ip̄o iure ſit
nullū ſec⁹.d.l.i.§.vl. Item hꝫ locuꝫ hoc
edictū licꝫ qs nō ſtatuat ſed curat vt a/
liquis ſtatuat vt.ff.e.l.i.§.ſi quis/ et hos
duos āplectit ſcꝫ aſſeſſorē et litigatorē
etiā ſi ſine dolo curauerint Nō dr̄ eſt
inter eos et iudicē ꝙ aſſeſſor eligit vt
ſit perit⁹ Item ad ptē aliquid prouenit
qđ nō eſt in iudice ꝗ in eo requirit do/
lus vide gl.in.l.ij.ff.e. Item effect⁹ hui⁹
edicti eſt vt ille qui leſus eſt p̄t petere
in cōſili cauſa apud eūdē iudicē vel ei⁹
ſucceſſorē Idē ius iniquū ſeruari con/
tra eū q̄ ſtatuit et eos qui ſtatui curaue
rūt.d.l.i. Itē p̄t dici ꝙ q̄libꝫ etiā de po
pulo cōtra ſtatuentē vel curantē ſtatui
idē ius ſibi ſeruari p̄t petere.l.iij.§.hec
pena.ff.eo.

## Si qs ius dicenti nō obtēpauerit.

Dictū eſt s̄ de iuriſd.o.iudi.ꝫ ꝙ ſepe
cōtingit iudicib⁹ in ſua iuriſdictiōe nō
pareri p̄textu iniq̄tatis ſnīe late vl' ferē
de iō ponit genālit q̄d iuris ſit ſi quis
ius dicenti nō obtēpauerit Sciēdū ꝙ
tūc iudici nō obtēpat qn̄ qs nō facit qđ
extremū eſt in iuriſdictiōe.l. vnica.ff.eo.
vide gl.in ỽbo extremū Ex qua colli/
ge ꝙ extremū in iuriſdictione eſt p̄mus
et vltim⁹ termin⁹ vt citatio que eſt p̄m⁹
termin⁹.et executio q̄ eſt vltim⁹ termi/
nus.vn̄ ſi vocat⁹ nō venit vel venit ꝫ
in executione ſententie eſt inobediens
ſemp dicitur nō facere extremuꝫ in iu/
riſdictione.et dicit nō obtemparé Glo.
etiā alit declarat verbū extremū vi.eā
Et contra talē nō obtēpantē dat actio
in factū iudici ad petendā multā ino/
bedienti impoſitā dūmō tn̄ iudex fuerit
de ſublimiorib⁹.d.l.vnica Itē dat etiaꝫ
actio in factū alteri pti leſe ꝓpter eius
inobedientiā in dāno expenſaꝝ.d.l.vni
ca.§.hoc iudiciū et ibi vide glo.

## De in ius vocando.

Glo.rubrice cōtinuat Tractatur⁹ de iu
dicijs p̄mittit de in ius vocādo cum ab
ea pte iudicia incipiāt inſtl de pe.te.liti.
§.fi.de materia vide.C.e.ꝛ enumerant
hic in hoc titulo pſone q̄ in iudicio vo/
cari nō dn̄t/et apponitur pena cōtrariū
facientibus.

## Si quis in ius vocatus nō ierit Aut ſi quis eū in ius vocauerit quē ex edicto non debuerit.

Qm̄ facta vocatiōe cōtingit ſepe vo
catos nō venire iō ponit q̄d iuris ſup
hoc ſit Et dic ad queſtionem rubrice ſi
qs nō veniat q̄ in ius vocat⁹ eſt.i.ltime
citat⁹ ē nō ɔpauerit ꝙ aut ꝓmiſit ſe vē
tuꝝ ꝛ tūc ex ſtipulatiōe agit ad penam
vel ad intereſſe ſi pena nō ſit adiecta.ff.e.
l.vl.ſi vero nō eſt cautū agit pn̄s ps ad
dāna q̄ paſſa eſt in lite ex ſupiori edicto
ſi quis ius dicen. non op. ſed in oibus
caſib⁹ multa a iudice indici p̄t.ff.e.l.ij.§.
ſi qs Eſt et alia pena miſſiōis in bona
de q̄ tractat.ff.ex q̄.cau.in poſ. et de bo.
auc.iudi.poſſi. de q̄ vide plene in.c.qm̄
frequent ex̄ vt li.nō contl. De eo aūt q̄
vocari nō debuit dic ꝙ licꝫ vocari non
debuit veniē tn̄ dꝫ.ff.e.l.ij.i.ff.ff.de iudi.l.
ſi qs.hoc veꝝ ſi cōſtat de iuriſdictiōe ſe/
c⁹ ſi certū ē ꝙ nō ē iudex vocati ꝙ tunc
nō tenet venire ſm gl.ij.in.d.l.ij.de ma
teria vi.p Inno.in.c.i.de dilac.vi.§.i.in
d.l.ij.ꝙ ruſticitati parcendū eſt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## In ius vocati vt eant aut ſatis vel cautum dent.

Ex hoc edicto imponit̃ vocatis ñcitas
vt vadãt ad cauſam aut ſatiſdent ſcꝫ iu
dicio ſiſti De hac aũt fideiuſſiõe ꝑ totũ
iſtũ titulũ tractat̃ Et hic ſciendum ſm
Azo. ꝙ cõiũctio aut q̃ ponit̃ in rubrica
pro et accipit̃ vt et ſepe ſic dicit̃. C. de
ꝟ. ſig. l. pe. vñ nõ ſufficit vocatũ venire
niſi ſatiſdet vt. C. de litis conteſ. auc. of
feratur Et q̃lem q̃s dꝫ dare fideiuſſorẽ
vi. in. l. i. ij. et iij. ꝭ. e. et fideiuſſor nõ libe/
ratur a fideiuſſione niſi facto eo qđ pro/
miſit vi. ꝭ. e. l. vl. in tex. et' glo. et dꝫ dari
fideiuſſor idone⁹ cõiũcte tñ ꝑſone repu/
tant̃ idonee et recuſans eas recipe pu/
nitur ꝭ. e. l. ij.

## Ne quis eum qui in ius vocatus eſt vi eximat.

Contingit q̃ñq; vocatos ad iudiciũ nõ
venire ñ ſolũ ſpõtanea eoꝝ volũtate ſꝫ
etiã inuitis eis puta cũ inuiti eximũt̃ Et
iõ p̃toris edictũ ꝓponit̃ ne q̃s eũ qui in
ius vocatus eſt vi eximat Et ponit hec
rubrica ꝑtem edicti Edictũ tale ẽ Pre
tor ait Ne q̃s eũ qui in ius vocatus ẽ
vi eximat ne ve faciat dolo malo q̃ ma
ius eximeret ꝭ. e. l. eximendi. ꝑ. p̃tor. Eſt
ãt ꝟbũ eximẽdi generale. ⁊ eſt eximere
quoq; mõ auferre licꝫ eripe ſit de maĩb⁹
auferre Vñ ſiq̃s nõ rapuerit quẽ ſꝫ mo
ram fecerit quo min⁹ in ius veniẽt vt
actionis dies exiret vl' res tpe amitte/
retur videbit̃ exemiſſe q̃uis corp⁹ non
exemerit ſed etſi eo loco retinuẽit ⁊ nõ
abduxerit his ꝟbis tenet̃ vt in. l. ſꝫ exi/
mendi. ꝭ. e. ⁊ vi. l. iij. ꝑ. vl. ꝭ. e. Et dat̃ actio
in factũ ex hoc edicto ei q̃ vocauit. nec
diſtinguit̃ an ſit calũniator vel nõ tunc
q̃ñ cũ effectu eſt exemptus et dat̃ in ex/
imentẽ et in mãdatorẽ. et dat̃ q̃nti in li/
tẽ iuratũ eſt. ꝭ. eo. l. ſi ꝑ aliũ ꝫ vbi etiã ha/
bet̃ i tex. ꝙ ꝟba cũ effectu ſũt accipiẽda

## Qui ſatiſdare cogãtur vel iura/mento promittant vel ſue promiſſioni cõmittantur.

Q̃m nõ ſufficit venire ad iudiciũ niſi ⁊
ſatiſdet̃ in iudicio ſiſti et iudicatuꝫ ſol/
ui vel ratã rem dñm hẽre aut aliter ꝓut
ius poſtulat caueat̃ Ideo generale po
nit rubricam q̃ ſatiſdare cogunt̃ de ſa/
tiſdatiõib⁹ et cautiõib⁹ q̃ in iudicio pre
ſtãt̃ et quõ titul⁹ iſte et. tit. ſ. in ius vo.
vt eant dĩaut vi. glo. rub. ſꝫ ꝙ ibi tm̃ lo
quit̃ de cautione iudicio ſiſti ſed hic de
ea et alijs ſcꝫ iudicatũ ſolui et rem ratã
haberi Sciendũ ẽ ꝙ ſatiſdare eſt alicu
ius adimplere volũtatẽ et hoc dictũ ẽ
ꝑ ſilitudinẽ. l. i. ꝭ. e. Et tenet̃ q̃libꝫ ſatiſ/
dare de iudicio ſiſti et qui agit et q̃ con
uenitur vt in auc. de exhiben. et intro.
reis. ꝑ. ſuſcepto colla. v. et. l. i. ꝭ. eo. et q̃lit̃
dꝫ ſatiſdari de iudicio ſiſti vi. ꝭ. de preto.
ſti. l. p̃tore De his ãt q̃ iurãt dic vt in
aut̃. de liti. ꝑ. ſi ꝟo dixẽit. de his ãt q̃ nu/
de cauẽt. i. q̃ cõmittũt̃ ſue ꝓmiſſioni vi.
C. de epiſ. et cle. l. in oĩb⁹ De ſatiſdatiõe
ãt iudicatũ ſolui vi. inſti. de ſatiſ. in prin.
de ſatiſda. rẽ ratã habere vi. C. de ꝓcu/
curato. l. i.

## Si ex noxali cauſa agatur quemadmodum caueatur.

Gl. rub. cõtinuat Dictũ eſt q̃lit̃ pro li/
beris ſatiſdatur iudicio ſiſti. nũc qualit̃
pro ſeruis Vel ſic Generalit̃ dictũ ẽ de
ſatiſdationib⁹. nũc aũt videam⁹ de ſpe/
cie ſcꝫ q̃liter debeat caueri ſi ex noxali
cauſa vel actione agatur Que autẽ di/
cantur actiones noxales dic ne ꝓceda/
m⁹ ex ignotis ꝙ ex maleficijs ſeruoꝝ a/
git̃ noxali actiõe veluti ſi furtũ fecerit
aut bona rapuerint ⁊c. ꝯ dños etſi dñi
fuerint cõdẽnati ꝑmittit̃ eis aut litis
extimationẽ ſufferre aut hñs ſeruũ dare
pro noxa Inſti. de noxa. ꝑ. i. et vnde di/
cantur et qualiter contra dños ꝓponãt̃
vide inſti. de noxa. l. ꝶ. et ꝑ. ſunt autem.

Qñq3 tñ nõ pt ſe liberare dñs dedē volens qđ cõtingit qñq3 ꝓpter dolū eiꝰ vt ſi dolo fecerit quo minꝰ ſeruꝰ in eiꝰ eſſʒ ptãte.l.ij.§.ſin vo falſo.ſ.e.qñq3 ꝓpt̄ oñi ciij nc̄itatē de q̄.ff.de furtis.l.ſi ſeruꝰ cõmunis.§.qđ vero Et ſciendū ꝙ ꝓ ſeruo dʒ dñs cauere qđ ipm in eadē cauſa ſiſtat.i.ſibi ſtatu et q̄litate in q̄ tūc cū promittit̄ fuerat quouſq3 ſententia ferat̄.et quid ſit in eadē cā ſiſtere vi.l.i. vſq3 ad fi.et.l.ij.i.ꝶ.et.l.pe.añpe.et vl.ſ.eo.ſed ſi abſens eſt ſeruꝰ cogit̄ dñs alteꝝ duorū facere vel iudicio eū ſiſti ꝓmittere vel iudiciū accipe aut ſi nolit defēdere cautuꝝ eū cū pmū poterit ſe exhibiturum l.ij.§.i.ſ.eo.

## De eo ꝑ quē factuʒ erit quo minꝰ quis in iudicio ſiſtat.

Qm̄ fideiuſſores et reos pncipales ſepe impediri cõtingit alioꝝ dolis ne veniãt ad cāʒ.iō generalē ponit rubricam de eo ꝑ quē factū erit q̄ minꝰ q̄s in iudicio ſiſtat. Hic ſciendū ꝙ hʒ locū h̄ edictū ſiue iſte titulꝰ tūc cū dolo malo alteriꝰ q̄s ipedit̄ vt ſiue ſuis manibꝰ vel per ſuos retinuerit ſiue alios rogauēit vt detinerēt ne iudicio ſiſtat. Itē ſi q̄s venienti ad iudiciū aliq̄d ꝓnūciauerit triſte ꝓpt̄ qđ iſte ncē habuerit ad iudiciū nõ venire tenet̄ talis hoc iudicio.l.i.§.i.et.§.dolū.ſ.e. Et vi.gl.rubrice ꝙ iſte ti.dr̄t ab illo ſ ne quis euʒ q̄ in ius voci exi.in q̄ttuor Prīo ꝙ ille nõ hʒ locū niſi vbi vis facta eſt q̄ minꝰ ſiſtat hic hʒ locū etiā ſine vi. Scđo ꝙ ille nõ cõſulit niſi vocãti ad ius.h̄ etiā vocato. Tertio ꝙ iſte agit ad intereſſe.ſ.e.l.fi. in pn. ille quanti in litem iuratū ē.ſ.e.tit.l.pe. Quarto quia h̄ locū hʒ pꝰ vocatiões et ſatiſdatiões receptas Ille añ vt ptʒ ex ordīe tituloꝝ q̄ ē ſeruãdꝰ ſ de ſta.ho.l.ij bar.tñ hãc q̄rtã dīaʒ nõ approbat vt h̄ per eum.

## Si quis cautionibus in iudicio ſiſtēdi cauſa factis nõ obtēꝑauerit.

Dictū eſt ſ ne q̄s eū et ti.de eo ꝑ quē factū erit q̄d iuris ſit vbi q̄s nõ venit ad iudiciū ipeditꝰ ꝑ alteriꝰ factū.nūc āt ſequit̄ videre q̄d iuris ſi q̄s ꝓpt̄ quācūq3 cāʒ ipeditꝰ cautionibꝰ ſiſtendi in iudicio cauſa factis nõ obtēꝑauerit. Hic ſciendū ꝙ iſte dr̄ nõ obtēꝑare cautionibus qui ſciens nõ paret vocationi ⁊ cõuentioni facte etiam ſemel pro ſiſtendo licʒ in cõtumacia ſecus.ſ.de re.iuris q̄ non facit.cū concoꝛ.⁊ non paret qui ita cito vt debet vel nõ in totū de quo.ſ.e.l.etſi poſt et.l.qui añt.i.ꝶ. Et q̄libʒ oīo debet puniri ſi non pareat cui iuſta ſupueniēs non opitulatur exceptio et punitur per poteſtatem et officium vocantis ex illo edicto ſ ſi quis ius di. nõ obtem. Item ꝑ miſſionem in bona et ꝑ vēditionem vt duo proteſtant̄ edicta.ſ.de bo.auc.iudi.poſ.et ex q̄bꝰ cau.in poſ.eatur. Item ꝑ denegationē iuriſdictiõis de quo dic vt.ſ.e.l.qui cau.ma.t. ſed etſi. Item ꝑ ipaʒ cautionem manu militari poteſt cogi.ſ.de no.oper.nun.l.añpe.Et datur ad intereſſe vt.ſ.eo.l.actoꝛ et.l.ſi procuratoꝛ.

## De ferijs et dilationibꝰ et diuerſis tꝑibus earum et ex quibus cauſis ferie non impediunt.

Dictū eſt ſ de in ius vocãdo ⁊c.et ꝙ vocati qñq3 petūt dilatiões ⁊ qñq3 hñt rõne feriaꝝ.iō ſeq̄t̄ de eis et ꝙ dilatiões hñt diuerſa tpa et ex q̄buſdā cauſis ferie nõ ipediūt̄ de hoc ſubijcit De ferijs dī.ſ.e.vſq3 ad.l.oꝛone et in.l.pe.de dilatiõe dī in.l.oꝛone et in.l.moꝛe et.l.fi.ſ.e. De materia vi.qđ dixi.C.de ferijs et de dila.et de cauſis q̄s ferie nõ impediunt vi.l.i.§.excipiuntur.ſ.eo.

## De edendo.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Dic et cõtinua vt dixi .C.eo. Et dicit rubrica de edendo per gerundiuz ⁊ nõ de editione ſicut poſuit in alijs titulis de pactis et ſimilibus Jdeo vt oſtende/ret q̃ndam neceſſitatem imponi edenti que non imponitur paciſci volenti Et non ſubiunxit accuſatiuum ſcȝ de edendo actionem Jdeo quia non de ea ſola ſȝ de triplici editione tractat ſcȝ actio/nis vt.ff.eo.l.i.in prin. inſtrumentoꝝ.ff.e.l.i.§.editiones. Jtem rationum.ff.e.l.i.§.rationes ſed actio editur in principio cetera in proceſſu cauſe. Jtem acta etiã ſunt edenda.C.e.l.is apud quẽ ſed hic titu.nihil dicit de actl.ſm gl. rubrice h.

## De pactis.

Quia metu iudicioꝝ peruenit̃ ad pacta et tranſactiones.ideo de his interſerit Quid aũt ſit pactum et de alijs que ibi dixi vide.C.e.

## De tranſactionibus.

Continua et dic vt.C.eo.titu. vi.tñ l.cũ hi.ff.e.in prin.ꝙ hi quibus alimẽta relicta ſunt nõ poſſunt tranſigẽ niſi au/tore pretore et qui de alimẽtis tranſigit nõ videbitur neqȝ de habitatione neqȝ de veſtiario tranſegiſſe cum diuus marcus ſpecialiter etiam de eis tranſigi voluerit.d.l.i.§.Qui tranſigit Etiã quis de alimentis tranſegerit ſine p̃toris auctoritate id quod datum eſt in preterita a/limenta cedet.d.l.i.§.ſi quis de alimen/tis.

# Jncipit liber terti⁹.

## De poſtulando.

Glo.rubrice cõtinuat Dictũ eſt ſ̃ de editione libellorum et actionum vnde reſtat videre qui eas actiones propo/nat et excipiat quod quia principales perſone id facere ex defectu ſciẽtie plu/rimum nequeunt,et opus eſt eis vt ha/beant aduocatos qui poſtulẽt eis. ideo ponitur de poſtulando. Qui autẽ ſint illi qui poſtulare poſſunt vel non vide in.l.i.et per totum.ff.eo.et dic latius vt dixi.C.e. Et dicuntur iſti poſtulatores vel patroni cauſarum. Jtem aduocati.ff.de vo.cogni.l.i.§.aduocatos et togati dicũtur forte a genere veſtis qua quia olim vtebantur.

## De his qui notantur infamia.

Glo.rubrice cõtinuat Quia infames re mouentur a poſtulando. ideo de eis di/cit et vi.l.i.ff.e.et ꝑ totum quia ſunt infamia notati et vi. que dixi.C.ex qui cau. infa.irro.

## De procuratoribus et defenſoribus

Glo.rubrice cõtinuat Quia procura/tores ſiles ſunt poſtulatorib⁹.ideo po/nit de procura. Et eſt dña inter ꝓcura/torẽ et defenſorẽ.ꝓcurator dicit̃ ex p̃te actoris.defenſor ex p̃te rei vt in gl.i.in l.i.ff.e.vi.latius quod dixi.C.e.

## Quod cuiuſqȝ vniuerſitatis nomĩe vel contra eam agatur.

Glo.rubrice cõtinuat.ſ̃ dictũ eſt de procura. generaliter. nũc ſpecialit̃ de eo q̃ noĩe vniuerſitatis agit ſiue cõuenit̃ qui ꝓprie actor vel ſyndic⁹ dr̃ vt.ff.e.l.i.§.qb⁹ Sciẽdũ ẽ ꝙ vniuerſitas eſt pluriũ cor/poꝝ int̃ ſe diſtãtiũ.vno noĩe ſpẽalit̃ eis deputato ſm Azo.q̃ declarat hãc diffi/nitionẽ et licȝ dicat̃ in rubrica cuiuſqȝ vniuerſitatis nõ tñ de q̃libȝ vniuerſi/tate puta de grege ſed de rõnali tm̃ tractat̃ vt de ꝑplo.collegio.ſocietate Et q̃/libȝ talis vniuerſitas p̃t ſua negocia ꝑ aliũ explicare dũmõ ſit licita vt ꝑplus vel collegiũ qd̃ eſt cauſa pietatis inſti/tutũ vt plures ſil' cohabitẽt. Et de vni uerſitatib⁹ talis dat̃ regula vt oẽs vniuerſitates et oĩa collegia dicãt̃ illicita q̃ nõ probant̃ ꝑmiſſa de quo dic vt.ff.e.l.i.ff.et de colle.illi.l.i.§.ſed religionis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Itē pn̄t dici oīa pmiſſa que fiūt pro cō ſeruāda cuiqꝫ ſua iuſtitia De officio aūt actoris ⁊ ſyndici .vi.l.vl.ſ.e.et.l. Item coꝝ.§.actor et.§.nō āt et.§.actor.itaqꝫ ⁊.l ſicut.i.ff.etſi deficiat actor vel ſyndicꝰ tunc ſerua.l.i.§.ꝙ ſi nemo et.§.et quidez ſ.e. Itē vniuerſitates pn̄t hr̄e cōmunē arcam.d.l.i.§.quibus.et dicit bar.ꝙ pn̄t ſibi ipis imponere collectas ⁊ gabellas ꝓpria auctoritate.

## De negocijs geſtis:

Glo.rubrice cōtinuat Dictū eſt ſ de negoꝯ.ſingularis homīs vel vniuerſitatis ex mandato.nūc qn̄ ſine mandato. Dic ſciendū ꝙ de hac materia pretor tale ꝓpoſuit edictū ſi quis negocia alterius ſiue q̄s negocia que cuiuſqꝫ cū is moritur fuerint geſſerit iudiciū eo noīe dabo.l.ait p̄tor.ſ.e.in prin.et hec v̱ba ſi q̄s cōprehēdit mulieres.d.l.ait.§.i. Et hoc edictum fuit neceſſariū qm̄ magna vtilitas abſentiū verſatur ne indefenſi rerū poſſeſſionem aut venditionē patiantur vel pignoꝝ diſtractionem vel pene cōmittende actionē vel iniuria rem ſuā amittant.l.i.ſ.e. Itez ſi quis negā abſentis etiā ignorantis geſſerit tn̄ quicquid vtiliter in rem eius īpenderit vel etiā ipe ſe in rē abſentis alicui obligauerit habet eo noīe actionem que appellatur negocioꝝ geſtoꝝ.l.ij.i.ff.ſ.e. Et ſicut equū eſt ipm̄ actus ſui rōnez reddere et eo noīe cōdemnari quicquid vel nō vt oportuit geſſit vel ex his negocijs retinet ita ex diuerſo iuſtum eſt ſi vtiliter geſſit preſtare ei quicquid eo noīe vel abeſt ei vel abfutuꝝ eſt.d.l.ij.ij.ff. Itez is qui negocioꝝ geſtoꝝ agit non ſolum ſi effectū habuit negociū qd̾ geſſit actione iſta vtetur ſed ſufficit ſi vtiliter geſſit.i.gerere inchoauit etſi effectū nō habuit negociū.l.ſed an vltro.§.i.ſ.e. vide quod dixi.C.e.

## De calūniatoribus:

Glo.rubrice continuat Dictum eſt ſ de negocijs geſtis noſtris ab alijs bona fide.nūc qn̄ in iudicijs ad nr̄az leſionem et ꝑ calumniā. Et notat glo. ſupalle.ꝙ in duobus caſibus tm̄ loquit̄ hic titulꝰ ſcꝫ qn̄ quis accepit pecuniā vel quid ſimile vt aliquē calumnioſe vexet Item vbi accepit pecuniā ne aliū calumnioſe vexaret.ſ.e.l.i.i.ff. In primo aūt caſu is qui dedit non agit contra accipientem quia turpiter dedit ſed is cui calumnia erat mouenda de quo.ſ.e.et generaliter .§.vl. In ſecundo dic vt ſ.e.l.ſi quis ab alio.i.ff.et.§.ſi iam.et.l.hec actio.et.l. in heredem.i.ff.et.§.ſed etiam Et infra annum in quadruplū .poſt annū in ſimplū l.i.in prin.ſ.eo. et tenetur etiam iſte calumniator alijs actionibus de quibus vi.glo.in.l.i. in v̱bo maxime.ſ.e. Et eſt calumniator qui falſa crimina vel cauſā iniuſtaz ſcienter intentat.

# Incipit liber. iiij.

## De in integrū reſtitutionibus.

Glo.rubrice continuat Dictuz eſt ſ de negocijs geſtis ab alijs q̄liter rata hr̄e cogamur.nūc q̄lit̄ a nobꝰ ipis etiā geſta rata hr̄e nō cogamur ſed reſcindere petimus et eſt iſte titulus generalis ad titulos ſequentes vſqꝫ illū.ſ.de arbi.⁊ cōgregat ſequētes ſub ſe ſicut gallina pullos ſuos ſub alis ſuis vt dicit gl.iij.in.l. i.ſ.e.et vi.l.i.ſ.e.que dicit ꝙ vtilitas huius tituli nō indiget cōmēdatione Ipe enī ſe oſtendit nā ſub hoc titulo plurifariā p̄tor hoībꝰ vel lapſis vel circūſcriptis ſubuenit ſiue metu ſiue calliditate ſiue etate ſiue abſentia inciderint in captionem Et ſic nota ꝙ illud nō eſt ncē cōmēdari qd̾ ſe ipo facto recōmēdat vn̄ patens veritas ꝑ ſe venit in noticiam

c.vnico de ſciſma.li.vi.de materia vide
C.e.et quod ibi dixi.

## De eo quod metus cauſa geſtū erit.

Glo.rubrice cōtinuat de reſtitutiōe
in genere dixit.nūc ꝑ ſpēs et ṗmo de ea
que iure actionis datur In hac enī ma/
teria p̄tor tale ꝓpoſuit edictū quod me/
tus cauſa geſtū erit ratū nō habebo.l.i
.ꝟ.e.dicit glo.aliquo tp̄e vn̄ valet quod
geſtum eſt mero iure ſed nō eſt ratum ſi
agatur act̄.quod metus cauſa vel exci/
piatur de metu In caſibus tn̄ nullū eſt
ipo iure quod metu geſtū eſt de quo vi
in.c.abbas extra de his q̄ vi me.ve cā
facta ſunt Quid āt ſit metus vi.l.i.ꝟ.e.ꝛ
vi.quod dixi.C.e.ti.Vnū tn̄ ſcies ꝙ n̄
eſt veriſil̄e ꝙ quis patiatur metū in ci/
uitate cū p̄t ius publicū inuocare et a/
dire aliquē ptāte p̄ditū qui vim eū pa/
ti ꝓhibebit .l.fi.ꝟ.eo. Et ſolet notari ex
tex.d.l.fi.ꝙ ſi quis minet̄ alteri ꝙ mina
tus p̄t adire iudicem vt cōpellat minā
tem vt caueat minato de nō offenden/
do minatum vide ibi doc.

## De dolo malo.

Glo.rubrice continuat Si quid ꝑ metū
fiat q̄liter alicui ſubueniatur audiſti.q̄/
liter aūt ſubueniat̄ ſi ꝑ dolū quis in ca/
ptionē incidit audi Et nota ſ̄m gl.p̄al/
le.ꝙ nō dicit de actiōe doli ſed de dolo
malo quia ꝑ actionē in factū punit̄ dol⁹
de q̄ dr̄.ꝟ.e.nō dꝫ in fi.et.l.itaqꝫ.et ꝑ acti
onem ex eo contractu.ꝟ.e.l.et eleganter
circa prin.de materia vi.C.e.quid ſit do
lus malus vide ibi et in .l.i.§.dolum.ꝟ.e
Et ſūt ꝟba huius edicti talia que dolo
malo facta ſunt ſi de his reb⁹ alia actio
nō erit.et alia iuſta ſit cauſa iudiciū da/
bo.ꝟ.e.l.i.i p̄n.d̄ dolo ne vl̄ ill̄ malicia ſua
lucroſa vl̄ illis ſimplicitas damnoſa.

## De minoribus xxv.annis.

Glo.rubrice continuat Dictum eſt ſ̄ de
his qui iure actionis reſtituunt̄/nūc de
his qui iudicis officio vt.ꝟ.e.l.ꝙ ſi mīor
.§.vl.In hac materia p̄tor tale ꝓpoſuit
edictū quod cū minore xxv.annis natu
geſtū eſſe dicet̄ vtiqꝫ que res erit aīad/
uertā.l.i.§.i.ꝟ.e.de materia vi.C.de in in
te.reſti.minoꝝ et quod ibi dixi vi.tn̄.l.i
cauſe ij.in prin.ꝟ.e.quod reſtitutio in in
tegꝝ nō hꝫ locū vbi cōpetit alia actio ꝛ
ſic allegat̄ Or vbi competit ordinariū
remediū nō hꝫ locū extraordinariū nec hꝫ
locū in delictis vn̄ minor xxv.ānis nō
meret̄ in integꝝ reſtitutionē niſi q̄ten⁹
interdū miſeratio etatis ad mediocrē
penā iudicē ꝓduxerit.l.auxiliū.§.in de/
lictis.ꝟ.e.

## De capitis diminutiōe.

Glo.rubrice cōtinuat Dictū eſt ſ̄ de re/
ſtitutionib⁹ q̄ iure actionis et ꝑ officiū
rōne etatis datur.nūc de illa q̄ fit ꝑ ſta
tus diminutionē vt ſ̄ de in integꝝ r̄ſti.
l.i.et ij.Eſt aūt capitis diminutio p̄oris
ſtatus ꝑmutatio.l.i.ꝟ.e.de hoc vi.quod
dixi.C.e.et vi.inſti.eo.

## Ex quibus cauſis maiores xxv.ānis in integꝝ reſtituuntur.

Glo.rubrice cōtinuat Dictū eſt ſ̄ de re
ſtitutionibus quibuſdā.nūc de his que
dantur rōne abſentie vt ſ̄ de in inte.re
ſti.l.i.in fi.ꝛ ponūt̄ verba edicti p̄toris
in hac materia in.l.i.§.i.ꝟ.e. Et ſūt ꝟba
edicti talia ſi cui⁹ q̄d de bonis diminu/
tū ē cū is metu aut ſine dolo malo rei/
publice cauſa abeſſet ſiue in vinculis
ſeruitute ve hoſtiūqꝫ ptāte eſſet ſiue cu
ius actionis coꝝ cui dies exiſſe dicet̄ ꝛ
vide.C.quibus ex cauſis maiores.ꝛ qd̄
ibi dixi.

## De alienatione iudicij mutādi cauſa facta.

Glo.rubrice continuat Quia fiunt reſti
tutiones tā iure actionis q̄ꝫ iudicis offi
cio vt ſ̄ dictū eſt.fiūt etiā iure actionis
ex edicto iſto Jō de h̄ poīt lati⁹ vi.C.e.

## De receptis qui arbitriũ recipiunt vt ſententiam dicant.

Gl.rubrice cõtinuat Quia de edẽdo et q̃dã alia ꝑparatoria iudicioꝝ diximꝰ de iudicijs deberet dicẽ ſed ꝙ arbitria tractãt vt iudicia.ꝗ.e.l.i. Jõ de receptis .i.arbitris q̃ recipiũt a ꝑtibꝰ vel ecõtra .i.de ꝑtibꝰ q̃ recipiunt ab arbitro dicit Jñ receptũ id eſt cõpromiſſũ.C.de iudicijs.l.rem nõ nouã.§.i.de materia vi. quod dixi.C.eo.

## Naute caupones ſtabularij vt recepta reſtituant.

Gl.rub.cõtinuat.vi.eã Uel ſic Dictũ ẽ ſ de his qui recipiũt lites ſuo arbitrio diffiniendas ſequit̃ videẽ de his q̃ recipiunt res ſaluãdas q̃ꝝ officiũ ſicut ⁊ ſupiorũ publicã reſpicit vtilitatẽ Hic ſciendũ ꝙ ꝑtor ꝓpoſuit in hac matẽia edictũ in hẽ ꝟba naute caupones ſtabularij qd̃ cuiuſcꝫ ſaluũ fore receperint niſi reſtituant in eos iudiciũ dabo.l.i.in ꝑn.ꝗ.e. Et hꝫ locũ hoc edictũ tũc cũ nauta vl̃ caupo vl̃ ſtabularıꝰ recipit res ſaluãdas.⁊ q̃s cõtineat̃ noĩe naute dic vt.ꝗ.eo.l.i.§. nautã et.§.q̃ncꝫ et q̃s noĩe caupõis dic ꝙ caupones et ſtabularios eq̃ eos accipiemꝰ q̃ cauponã vel ſtabulũ exercent inſtitoẽs ve eoꝝ.d.l.i.§.caupones Et dicunt̃ recepiſſe naute caupo. ſtabu. ſiue res in nauĩ vel cauponã vel ſtabulum miſſe ſunt aſſignate vel non hoc tñ ipo ꝙ in nauim ⁊c̃.miſſe ſunt recepte ſunt et oĩm recipit cuſtodiã que in nauim ⁊c̃.illate ſunt et factũ nõ ſolũ nautaꝝ preſtare dꝫ ſed et vectoꝝ.d.l.i.§.fi.et.l.ſe.ꝗ.eo. Et dant̃ due actiones ex hoc edicto vna eſt actio in factũ que datur ex cõtractu receptionis:reꝝ ex locatione vel cõceſſione nauis ſtabuli ſeu caupone et quid veniat in illa acti.dic vt in.l. illud §.ait ꝑtor et.§.ex hoc et.§.ſed an.et.§.ꝫ ſi gratis et.§.eodem et.§.ſi filius et.§.hec autem.ꝗ.eo. Eſt et alia actio que eſt ex quaſi maleficio et qualis iſta ſit et quid in eam veniat vide inſtĩ.de ob. que ex quaſi male.§.vlti.et.ꝗ.e.l.licꝫ.§.in factum et.§.poſſumus.et.§.ſi abſolutus et.l.vl. vſcꝫ in fi.l.ꝗ.eo.

# Incipit liber quĩtꝰ.

## De iudicijs et vbi quiſcꝫ agere vel conueniri debeat.

Glo.rubrice cõtinuat Explicitis ꝑparatorijs iudicioꝝ.nũc ĩcipit de iudicijs nõ de iudicio Eſt enĩ iudiciũ aliud ciuile aliud criminale de quo criminali fit ſermo.ꝗ.e.l.deſtitiſſe.de materia ꝑme partis huiꝰ rubrice vide qd̃ dixi.C.e. De ſcd̃a ꝑte vi.ex̃ de fo.cõpe. et hic.ꝗ.eo.in pluribus legibus et.C.de iuriſdic.o.iudi.et de fo.cõpe.et quod ibi dixi vi.tñ.l lis nulla.ꝗ.e.ꝙ lis nulla cẽ ꝑt cũ eo quẽ in ꝑtãte habemꝰ.fallit in caſibꝰ notatis in glo.ibi et vi.l.nõ quicquid.ꝗ.e.ꝙ non oẽ qd̃ iudicis ꝑtãti ꝓmittitur id ſubijcit̃ iuris ncitati. Et iudex de qua recognouit de ea quocꝫ ꝓnũciaẽ cogẽdꝰ erit l.de qua re.ꝗ.e.de hoc vi.latiꝰ in.c.cũ ſup de cauſa poſ.⁊ ꝓpꝛie ex̃.et in cle.auditor de reſcrip. Et an ille qui obligatꝰ eſt in diem poſſet conueniri vt preſtet cautionem de ſoluẽdo cũ dies venerit vi.in.l in omnibus.ꝗ.eo.

## De inofficioſo teſtamento.

Glo.rubrice cõtinuat Quia in iudicijs exercent̃ actiones Jõ de his videamus et ꝑmo de vl̃ibꝰ et realibꝰ q̃s ꝙ ꝑcedit querela Jdeo de inofficioſo teſtamento ponit.de materia vi.qd̃ dixi.C.e.ti. Et eſt dicẽ teſtamẽtũ inofficioſũ allegaẽ q̃re exheredari vel ꝑteriri nõ debuerint qd̃ aliqñ accidit cũ parentes falſo ſtimulati vel nouercalibꝰ delinimentis iſtigatiõibus ꝗ corrupti liberos ſuos exheredant vel pretereunt.

### De petitione hereditatis.

Glo.rubꝛice cõtinuat Poſito de quere
la que eſt pꝛeparatoꝛia huius ponit et
de hac vide quod dixi.C.e.

### Si ps hereditatis petatur.

Glo.rubꝛice cõtinuat.ſ quid iuris ſit ſi
tota petat hereditas expoſuit. nunc qd
iuris ſit ſi ps hẽditatis petat Hic ãt eſt
attẽdendũ An is q̃ ptẽ petit oĩo de ea
cert⁹ ſit An nõ ſi eſt cert⁹ aut poſſeſſoꝛ
ius hʒ puta ꝙ coheres eſt Aut nõ hʒ de
quo dic vt.ꝭ.e.l.i.§.i.ij.iij.iiij.et v. An ñ
ſit cert⁹ de hoc dr̃ in.§.fi.in.l.antiq.ꝭ.eo.
ita dicit gl. rubꝛice et loquit.d.l. antiq
de q̃dã muliere q̃ fuit enixa eodem tpe
q̃ttuoꝛ pueros et quintũ poſt quadrage
ſimum diem.

### De poſſeſſoꝛia hereditatis petitiõ/

L.i.videt cõtinuare et ſic dicit oꝛdinae
riũ fuit poſt ciuiles actiões heredibus
ꝓpoſitas rõnem habere p̃toꝛẽ etiã eorũ
q̃s ipe velut heredes facit hoc eſt eorũ
q̃b⁹ bõꝝ poſſeſſio data ẽ Vel ſic Dictũ
eſt de directa hereditatis petitiõe ſequi
tur videre de vtili et ꝙ dignioꝛ eſt ea q̃
dat directo ſuccedenti q̃ʒ ea q̃ competit
ſuccedenti ꝑ obliquũ iõ de ea q̃ dat bo/
noꝝ poſſeſſoꝛi p̃uſq̃ʒ de ea dat trebellia/
nico ſucceſſoꝛi.et cui det ħ bonoꝝ poſ/
ſeſſio vi.ꝭ.eo.l.i.hodie videt nõ eẽ ncẽ
alicui dari bõꝝ poſſeſſionẽ intellige de
cretalẽ q̃ hodie nõ ẽ.C.q̃ admit.ad bo.
poſ.l.fi.et de cura.fu.l.vl.ſm gl.ij.in.l.i.
ꝭ.e.et q̃b⁹ det vi.C.q̃ admit.ad bo.poſ.
poſ.et quid veniat in hac act.dic vt ꝭ.
e.l. vlti.

### De fideicommiſſaria hereditatis petitione.

L.i.continuat. vi eam Cui aũt detur
fideicõmiſſaria hẽditatis petitio ⁊ dic
ꝙ his quib⁹ eſt reſtituta hereditas ꝑ fi/
deicõmiſſũ.l.i.ꝭ.e.Et dic quib⁹ reſtituta
eſt v̾bo alias ſi re et poſtea deſinat poſſi
dere rei vendicationem hʒ. quod eni fe
cit hereditatis aditio vt tũc demũ cõ/
petat hereditatis petitio hoc v̾balis re
ſtitutio vt habeat locũ fideicõmiſſaria
vt notat glo.ij.in.l.i.ꝭ.eo. et contra quẽ
⁊ ad quid ⁊ q̃lis ſit dic vt ꝭ.e.l.i.ij.⁊ iij.

## Incipit liber ſext⁹.

### De rei vendicatione.

Vide.l.i.q̃ videt ſic cõtinuare p⁹ actio
nes q̃s de vniuerſitate ꝓpoſuit p̃toꝛ ſb
ijcit actio ſingulaꝝ reꝝ petitionis Que
ſpecialis in rẽ actio locũ hʒ in oĩb⁹ re/
bus mobilib⁹ tã aĩalib⁹ q̃ʒ in his q̃ aĩma
carẽt et in his que ſolo cõtinent et ſic
ptʒ ꝙ actio ſpẽalis in rem dicit rei ven
dicatio Et ſciendũ ſm glo. rubꝛice ꝙ in
hoc titulo p̃ncipalit tractat de directa
rei vendicatiõe ſed.ꝭ. in ti.ſi ager vect.
vl' emphi.tractat de vtili. Et cui detur
directa vi.ꝭ.e.l.in rem.i.ℛ. Itẽ cui vti/
lis datur.C.e.l.ſi vt ꝓponas Et contrã
quẽ detur dr̃.ꝭ.e.officiũ et.C. de alie.iu/
di.l.i.et.C.vbi in rem actio exerce.dʒ.l
i.et an ciuilit tm̃ poſſidens ſicut eſt is
qui dedit in feudũ poſſʒ pro eo iure qd
hʒ conueniri glo.p̃alle. cõcludit ꝙ ſic ſʒ
nõ fit p̃iudiciũ ei qui naturaliter poſſi/
det Et que veniãt in hac actione vide.l
i.et.l.non ſolum.et.l.que de tota.ꝭ.e. Itẽ
fruct⁹ vt.ꝭ.e.fructus Et eſt iſta actio ar
bitraria et ſtricti iuris de quo.ꝭ.e.qui re
ſtituere vide latius in glo.rubꝛice et vi
de de materia qd dixi.C.eo.

### De publiciana in rem actione.

Expoſito tractatu ciuilis in rem actio/
nis proponit de pretoꝛia in rem actio/
ne que dicitur publiciana vi.l.i.ꝭ.e.vbi
ponuntur verba edicti pretoꝛis in hec
verba Ait pretoꝛ Si quis id qd tradit

ex iuſta cauſa a nō dn̄o et nōdū vſuca/
ptū petat iudiciū dabo. ⁊ dicit̄ in edicto
a nō dn̄o ideo quia ſi traditur a dn̄o nō
agit publiciana ſed rei vendicatione ꝙ
dn̄s eſt effectus ꝑ traditionē. l. traditio
nibus. C. de pac. Et merito p̄tor ait nō/
dū vſucaptū nam ſi vſucaptū eſt hꝫ ci/
uilem actioneꝫ nec deſideret honorariā
vt ibi Igit̄ habet locū hoc edictū vbi/
cunqꝫ ex iuſta cauſa quis traditam ſibi
nanciſcitur poſſeſſioneꝫ quod dic vt. ſ. e
l. ſunt et alie. §. i. et quattuor legibus ſe/
quentibꝰ Vn̄ quecunqꝫ ſūt iuſte cauſe
adquirendaꝝ reꝝ ſi ex his cauſis nacti
res amiſeriꝰ dabitur nobis eaꝝ reꝝ pſe
quendaꝝ grā hec actio. l. quecunqꝫ. ſ. eo.
Itē traditionē verā vel interp̄tatiuā
et bonam fidem interuenire opꝫ et tp̄e
emptionis et tp̄e traditionis ad hoc vt
cōpetat hec actio qđ dic vt. ſ. e. l. eū. §. ſi
ego et. §. eum. §. vl. et penul. bonam fideꝫ
intellige ementis non vendētis de quo
dic in. l. eum. §. ſi ego et. §. ſi eum Cui autē
detur ptꝫ ex p̄miſſis et dicitur. ſ. e. l. eum
§. hec actio et datur contra quemlibꝫ
poſſeſſorem inſti. de actione. §. alie aūt. ex
cipitur tn̄ dn̄s de quo. ſ. e. l. penul. et vl.
Et dicitur publiciana a pretore publi/
cio qui fecit iſtud edictū gl. i. in. l. i. ſ. e. et
vide glo. et que ibi notant̄ in. c. abbate.
de re iudi. li. vi.

## Si ager vectigalis vel emphiteoti/ carius petatur.

Dictum eſt ſ. de directa in rem actione
ciuili vel pretoria ſequitur de vtili. Et
ſciendū ꝙ hec actio vtilis in rem datur
emphiteote qui in perpetuum fundum
fruendum conduxit ꝗuis nō efficiatur
dominus tamen placuit cōpetere ei in
rem actionem aduerſus quēuis poſſeſ/
ſorem. l. i. in fi. ſ. eo. et dicuntur agri ve/
ctigales qui in ꝑpetuum locantur id eſt
hac lege vt ꝗdiu pro his vectigal pen/
datur id eſt ſoluatur tam diu neqꝫ ipſis
qui cōduxerunt neqꝫ his q̄ in locuꝫ eo
rum ſucceſſerunt auferri eos agros li/
ceat Nō vectigales ſunt qui dantur co/
lendi nō in ꝑpetuum ſed ad annuꝫ. d. l. i.
§. i. iunc. glo. ſ. e. Et vide glo. rubrice q̄
exponit. vel. in rubrica poſituꝫ ꝓ id eſt.
nam vt ait idem ſunt ager vectigalis ⁊
emphiteoticarius vt ſ. qui ſatiſda. co. l.
ſciendum. §. i. Et dicitur ager vectiga
lis quia redditus ſiue penſio qđ vecti/
gal dr̄ pro eo preſtat̄ vide latius. d. glo.
rubrice.

# Incipit liber vii.

## De vſufructu et quemadmodum quis vtatur.

Glo. rubrice cōtinuat Dictum eſt de a/
ctionibus in rem competentibus ꝓ cor
palibus nunc de his que ꝓ incorꝑalibꝰ
vt ſeruitutibus Et quia alie reales ſūt
alie ꝑſonales. de perſonalibus vt de di/
gnioribus premittit Eſt autem vſufru
ctus ius id eſt ſeruitus alienis rebus
vtendi fruendi ſalua rerum ſubſtantia. l.
i. ſ. eo. Et eſt duplex vſufructus forma
lis ſcꝫ et cauſalis Formalis eſt de quo lo
quitur hic titulus qui eſt ſeruitus quā/
do eſt ſeꝑatus a proprietate Cauſalis
autem eſt qui cum ſua cauſa id eſt pro/
prietate coniunctus eſt et de illa cauſa/
li vide aliquid in. l. ſi mulieri. ſ. de vſuf.
accre. Et conſtituitur vſufructus in te
ſtamento vel inter viuos per pactio/
nes vel ſtipulationes inſti. eo. §. ſine te/
ſtamento.

## De vſufructu accreſcendo.

Dictum eſt ſ. de vſufructu. nunc ſequi
tur quando locum habet ius accreſcen/
di inter plures fructuarios altero defi/
ciente ꝙ ꝑtē ſuā amittit vel repudiat ⁊

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# Digeſti veteris

q̄bus accreſcit tūc vſuſfructus Et ſcien dū ꝙ tūc h̄z locū ius accreſcendi in vſu fructu qn̄ duos vel plures contingit in vſufructu eſſe cōiūctos re et v̄bis vel re tm̄ vel v̄bis tm̄ de quo dic vt in.l.i. ī.e.et ibi vi.glo.i.et vi.glo.in.l.dn̄s.§.i ſ̄ de vſuſ.q̄ ponit caſus in quib⁹ ceſſat ius accreſcendi et.ī.e.ſi mulieri cū libe ris.l.ſi quis titio.§.qđ ſi ita vt tn̄ is qui re et v̄bis eſt cōiūct⁹ pferatᷣ ei q̄ re tm̄ cōiūgitᷣ qđ dic vt.ī.e.l.i.§.deniq̄ ⁊.§.idē nit et qn̄ aliq̄ dicunᷣ cōiūcti re et v̄bis vel verbis vel re tm̄ vi.glo.fin.in.d.l. i. Itē ſi ſepatim vnicuiq̄ ptis rei vſuſ fructus ſit relictus ſine dubio ius accre ſcendi ceſſat.d.l.i. in prin. Et an ius ac creſcendi h̄z locū in vſufructu conſtitu to inter viuos vi.gl.in.§.interdū in ver bo vt et celſus.ī.e.q̄ tenet ꝙ ſic.cōiᷣ tn̄ tenetur ꝙ nō ſed tūc ſolū qn̄ conſtitut⁹ eſt vſuſfruct⁹ in vltima voluntate ſm̄ Albri. Item vocanᷣ ad vſumfructum non ex v̄bis teſtatoris ius accreſcendi nō h̄nt.l.ſi duobus.ī.e.

## Qn̄ dies vſuſfruct⁹ legati cedit:

Sic continuatur quia in ceſſione di ci legatoꝝ quedam ſpecialia ſunt in vſufructu ideo ſubijcit iſtam rubricam Et eſt ſpeciale in eo quia cedit a die a dite hereditatis ſi ſit pure relict⁹ q̄uis alia legata cedant a die mortis q̄ntū ad tranſmiſſionem vt ſi a die mortis teſta toris decedat legatarius tranſmittit ad heredem legatum ſed iſta trāſmiſſio non eſt poſſibilis in vſufructu ꝙ mor te finitur vt.ī.titu.proxi.l.iij.§.fi. Et dic ad queſtionē rubrice ſi ſimpliciᷣ et pu re relictus ſit vſuſfructus cedit ſemel ⁊ ab adita hereditate vſuſfructus ⁊ actio pro eo competens et non ante Etſi ex die ſit legatus tunc cedit demum cum dies venerit.vbi vero in annos ſingu los vel ſimilia tempora relinquitur plu ries cedit dies et tot ſunt legata quot ſunt anni ſeu tempora quod dic vt.ī.eo. per totum Si autē non ſit legatus ſed inter viuos conſtitutus ſemel tm̄ ſine diſtinctione cedet dies.ī. de dona. cau ſa mor.l.ſenatus.§.vl.de ceſſione alioꝝ legatoꝝ vi.ī.qn̄ di.le.ce.

## Quibus modis vſuſfructus vel vſus amittatur.

Dictum eſt ſ̄ qualiter vſuſfructus ſub ſtantiā capiat ⁊ conſtituatur ſ̄ de vſu fructu ſequitur videre qualiter amitta tur quod cum ſciuerimus etiam de vſu certificati erimus cum ſimilis eſt vſu fructu inſt.de vſu. et ha.in princi. Hic ſciendum ꝙ vſuſfructus multis modis finitur ſiue amittitᷣ Primo morte.ī.eo. l.ſicut.§.vlti.ſcz illius qui ſuo iure hab̄z commoditatem vtendi vt.ī.e.l.ſi legatū et.l. antepenul. et quid ſi ingrediatur monaſterium vſufructuarius an finia tur videtur ꝙ ſic per.l. deo nobis.§.ſpō ſa autem.C.de epiſ.et cleri. contrariū tenet Azo.hic Idem tenet bal.inſti. de vſufruct.§.finitur Quid de excōmuni catione tenet idē bal.ꝙ per illam amit titur. cum capitis diminutioni medie equipararetur ſed ſic eſt ꝙ capitis diminu tione minuitur maxima.et media amit titur.imo et minima iſto iure.l.i.ī.eo. in prin. Hodie tamen minima tollere nō poteſt vſumfructum.l. corruptionē.C. de vſufru. Item non vtendo per x.vel xx.annos amittitur inſt.eo.§.finitur ibi vide latius et multis alijs modis de q̄ bus per diſcurſum huius tituli.vide ta men.l.ſi fructuarius.ī.e.vbi eſt tex.ſi fru ctuarius meſſem fecerit et deceſſerit ſti pulam que in meſſe iacet heredis eius eſſe labeo ait.ſpicam autem que terra te neatur domini fundi eſſe fructū q̄ per cipi ſed Julianus corrigens labeonem dicᷣ ꝙ non ſunt fructuarij vel heredis



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eius niſi in horreis ſint reconditi vide
lati⁹ gl.in.ꝺ.l.ſi fructuari⁹.De repetiti/
one vſuſfructus et quomodo quattuor
modis vſuſfructus poteſt repeti vide.l
ſicut in annos.ꝭ.e.in prin.

## De vſufructu eaꝝ rerum que vſu cō ſumuntur vel minuuntur.

Dictū eſt ſ in genere de iure vſuſfructus
ſequit vidére in ſpecie de eaꝝ reꝝ vſu/
fructu que vſu conſumunt Et ſciendū
ꝙ ea dicunt vſu conſumi que ad ſuſten
tationē corporis ſumim⁹ et que ipa aſſum
ptione deſinūt eſſe vel que ad nihilum
ꝓpter continuū vſum pueniunt in bre/
ue tps alioquin ſecus Exēplū in vino
frumento oleo veſtibus auro et argen
to qbus proxima ē pecunia numerata
In his āt reb⁹ nō poteſt vſuſfruct⁹ cō
ſtitui vel ciuili vel naturali ratione vi.
inſti.de vſufructu.§.ꝯſtituit Sꝫ ſi qs tn̄
velit in his rebus vſumfructū cōſtitue
re quid faciet vi.inſti de vſufruc.in.ꝺ.§.
cōſtituit in fi.et.ꝭ.e.l.in ſtipulatione De
quo dōm ꝙ vtilitatis cauſa pmiſſuꝫ eſt
et in his rebus cōſtituere vſumfructū
ſꝫ improprie et tūc ab vſufructuario de
ſideranda eſt cautio vt qn̄cūqꝫ ille mo/
ritur aut capite diminut⁹ ſit eiuſdē qli
tatis ⁊ bonitatis ſiles res reſtituantur
aut eſtimatis reb⁹ illis certe pecunie iu
xta valorē earūdē caueat et perit talis
vſuſfruct⁹ tm̄ duob⁹ modis ſcꝫ capitis
diminutione et morte.l.ſi tibi ⁊.l.in ſti/
pulatione.ꝭ.e.

## Si vſuſfructus rei petatur vel ad aliam ptinere negetur.

Vi.gl.rub.q dicit alias negetur alias al/
legetur. Vn̄ ſciendū ꝙ nō pt petere vſufru
ctum vel allegare ꝙ ad ſe ptinet ſcꝫ is q
eſt dn̄s ꝙ q hꝫ ꝓprietatē vtēdi fruendi
ius ſeparatū nō hꝫ nec eni pt ei ſuus fun/
d⁹ ſeruire.l.vti.i.ſꝫ.ꝭ.e. Nec etiā pt ille
qui habꝫ nudā ꝓprietatem allegare illū
qui poſſidet nō habere vſumfructū ſed
aliū.ꝙ de ſuo nō alieno iure queq̄ꝫ a/
gere opꝫ.ꝺ.l.vti.verſi.de ſuo.q̄nq̄ꝫ enim
actio negatiua dn̄o competat aduerſus
fructuariū magis tn̄ de ſuo iure agere
videtur q̄ꝫ de alieno cū inuito ſe negat
ius eſſe vtendi fruendi fructuario vel
ſibi eſſe ius prohibendi.ꝺ.l.vti.Quis ḡ
poteſt petere vſumfructū dic ꝙ ille cui
eſt cōſtitutus vſuſfructus aduerſus do
minum et aduerſus quemuis poſſeſſo/
rem.ꝺ.l.vti.§.frui.

## De opis ſeruorum.

Quia inter ceteras ſeruitutes etiam o
pera computatur Ideo de eis ſupponit
Et dicitur opera miniſterium ſeruoruꝫ
ergo dicitur in.C.de vſu.et habi.⁊ mi/
niſt.ſeruo.et conſtituuntur opere ſeruo
rum ſicut vſuſfructus Et eſt ſciendum
ꝙ in libertis aliter fit impoſitio operū
Vn̄ ſi in libertis legatur tenet legatuꝫ
non tn̄ ius in re conſtituitur ſed in ſer
uis conſtituitur ius in re vide.ꝭ.de vſu
fruc.le.l.iij.et cui legate ſunt opere ſer/
ui ille habet vſumfructum et vſum ſer/
ui.ꝭ.e.l.fructus et.l.opis.

## De vſu et habitatione.

Dictum eſt de vſufructu que eſt ſerui/
uitus perſonalis ſequitur videre de a/
lijs perſonalibus vt ſunt vſus et habi/
tatio dic de materia vt dixi.C.de vſu/
fruc.et habi.et miniſt. ſed et vide inſti.
e.et.ꝭ.eo.l.i.que dicit ꝙ conſtituitur nu/
dus vſus id eſt ſine fructu eiſdem mo/
dis quibus et vſuſfructus vnde cui re/
lictus eſt vſus vti poteſt.frui nō.ꝭ.e.l.ij
Et eſt habitatio ſeruitus perſonalis ſi/
cut vſuſfructus et eodem modo ſed in
domo tm̄ et eſt perinde ſi legetur vſus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dom⁹ vel habitatio et effectu pene idē
eſt legatū vſus et habitationis.l.ſi habi
tatio in prin.ff.e. Dicitur pene quia dr̄
in quibuſdā quia habitatio poteſt loca/
ri ſed vſus nō de quo vi.l. cum antiqui
tas.C.de vſufruc. et habi.et in glo.d.l.
ſi habitatio.ff.e.

## Vſufructuarius quemadmodum caueat.

Glo.rubrice dicit idē in vſuario et ad
queſtionē rubrice dic q̄ vſufructuari⁹
ſemꝑ debet cauere etiā ſi prohibeat te/
ſtator niſi in caſibus de q̄ vi.C.de vſu/
fru.l.i.et ij.et qualiter debet cauere vi.
l.i.ff.e.quia dꝫ cauere ſe vſuꝝ boni viri
arbitratu et cum vſuſfructus ad eū ꝑti/
nere deſinet reſtituturꝫ quod inde exta/
bit et ſic hꝫ iſta cautio duas cauſas vna
ſi aliter quis vtatur q̄ꝫ vir bonus arbi/
trabit alia de vſufructu reſtituendo q̄ꝛ
ꝑma ſtatim cōmittet ſi aliter fuerit vſus
et ſepius remittetur ſequens cōmittit
finito vſufructu .d.l.i.§.hꝫ aūt.

# Incipit liber viii.

## De ſeruitutibus.

Glo.rubrice cōtinuat Dictū eſt ſ̄ de ſer
uitutibus perſonarum nunc de ſeruitu
tibus reruꝫ vn̄ dicit.l.i.ff.e. Seruitutes
aut ꝑſonarum ſunt vt vſus et vſuſfru/
ctus Aut reꝝ vt ſeruitutes ruſticorum
prediorum et vrbanoꝝ Sunt tamē alie
plures ſeruitutes ꝑſonales q̄ꝫ vſus et
vſuſfructus de quibus in.l.ſi quis bi/
nas ſ̄ de vſufruc.et iſte et ſimiles ſerui/
tutes ſunt mixtim ꝑſonales quia a re
homini debentur Sunt et alie ſerui/
tutes iure perſonales de quibus dici/
tur de ſtatu ho.ſ̄ vi.C.eo.titu.et quod
ibi dixi et vide glo .in.d.l.i. Vnum ta/
men ſcire debes q̄ ſeruitus imponi nō
poteſt vt pomuꝫ decerpere liceat ⁊ vt
ſpaciari et vt cenare in alieno poſſum⁹
l.vt pomum.ff.e. Ratio ſ̄m gl.quia pro/
pter neceſſitatem non propter delectati
onem imponi debet Non enī ius fauet
delicatorum votis.ff.de pig.ac ſi ſeruos
in fi. Gl.ponit alias rationes et dicit fi
naliter q̄ licꝫ de hoc non poſſet ſeruit⁹
imponi neq̄ꝫ realis neq̄ꝫ perſonalis ta/
men quoddam pactū de hoc fieri p̄t.

## De ſeruitutib⁹ vrbanoꝝ predioꝝ.

Glo.rubrice continuat Dixit de ſerui/
tute in genere nunc incipit dicere per
ſpeciem Que autem ſunt ſeruitutes vr/
banorum prediorum dic vt.ff.e.l.i. et ij.
Et que dicuntur predia vrbana vi.l.vr
bana.ff.de ver.ſig.et dic q̄ omne edifici/
um vbicunq̄ꝫ poſitum vt dicit glo .i.in
.l.i.ff.eo. Et ſ̄m qualitatem eius cui de/
betur ſeruitus cenſetur ruſtica vel vr/
bana vt ſi illō fuerit prediū ruſticū cui
ſeruitus debetur cenſeatur ruſtica licꝫ
ab vrbano debeat Sic econtra vt in
glo.verbi arcam in.d.l.i.vide.l. quidaꝫ
hiberus.ff.eo.in prin. q̄ in pariete com/
muni non licet aliquid facere per quod
deterior redditur et notat ibi bar.q̄ in
pariete communi non licet facere ca/
minū Quod intellige quādo per aſcen/
ſum flamme paries aduritur et ſic peri/
culū parieti paratur ſec⁹ ſi tale pericu/
lum omnino ceſſaret ſ̄m ange. qui dicit
hoc obſeruare conſuetudinem q̄ qui/
libꝫ vicinus in pariete communi habet
caminum Et de materia parietis cōmu
nis et quid poſſit quis in eo facere vi/
de per ange.latius in.d.l.quidam hibe/
rus.

## De ſeruitutibus ruſticorum pre/ diorum.

Gl.rubrice cōtinuat Dixit de vrbanis
ſeruitutib⁹ in ſpē nec de ruſticis codeꝫ
mō Que āt ſūt ſeruitutes ruſticoꝝ ꝑdio
rū dic q̄ ille q̄ ꝑdijs ruſticis debent vt



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſtn.l.i.ꝟ.c.vt iter act⁹ via aqueductus ꝛc.
vt ibi et quid ſit quodlibꝫ hoꝝ tex. de/
clarat in.ꝺ.l.i.q̄re hec ſeruitutes dicunt
p̄dioꝝ Rñde ꝙ cōſtituūt ius in re ſm
pla.hec nō placꝫ gl. in.l.i.ꝟ.c. vñ alij di/
cūt iō ꝙ tm̄ in p̄dijs cōſtituunt et tm̄ ha
benti vicinū p̄diū cōſtituūt licꝫ ꝙ ꝯmo
ditas pſone querat p̄dij tñ di. vñ et po
ti⁹ ius.p̄dij ꝙ pſone cōſiderat Itē quia
fundo vltra ꝙ ei op⁹ eſt cōſtitui nō pōt
ꝟ.c.ꝙ.§.veraci⁹ vi.latius in.ꝺ. gl.l.i.

## Cōia p̄dioꝝ tā vrbanoꝝ ꝙ̄ ruſticoꝝ

Glo.rubrice cōtinuat poſtꝙ̄ ſpēalia vr
banoꝝ et ruſticoꝝ dixit nūc dicit q̄ ſunt
cōia et dīt iſte ti.ab illo ſ̄ de ſerui.ꝙ ibi
magis intendit aliq̄ regularit dicere.h
aūt in caſib⁹ quibuſdā cōia deſignat.Et
ſciendū ꝙ ſeruitutes nec vrbanoꝝ pre/
dioꝝ nec ruſticoꝝ pñt deberi niſi hñti/
bus p̄dia et ab illis qui habent p̄dia tm̄
deberi pñt.l.i.ꝟ.c. Itē in his cōſuetudo
iure ſeruitutis reputat et ꝙ licꝫ nō te/
neat ſeruitutis impoſitio nō tñ contra
pactū venit ꝟ.c.l.venditoꝛ.i.ꝛc.et.§.vlti.
Itē vn⁹ ex dñis ſolus nō p̄t imponere
ſeruitutē ꝟ.c.l.ꝓpriū et.l.vl.

## Si ſeruitus vendicet vel ad aliū ptinere negetur.

Gl.rub. cōtinuat Dictū eſt ſ̄ de p̄diali/
bus ſeruitutib⁹ ſed ꝙ paꝝ eſſet ſeruitu
tē hr̄e niſi eius noīe poſſꝫ inſtitui actio
Iō de actiōib⁹ noīe ſeruitutum vel oc
caſione ſeruitutuꝫ cōpetentib⁹ videa/
mus ſcꝫ q̄ cōpetāt et dic ꝙ cōpetūt pro
ſeruitutib⁹ actiones in rem ſcꝫ cōfeſſo/
ria et negatoria. cōfeſſoria ei q̄ ſeruitu/
tem ſibi cōpetē cōtendit.negatoria dño
q̄ negat.l.ij.in prin.ꝟ.c.et quid veniat in
hac actiōe dic vt.ꝟ.c.l.loci.§.in cōfeſſoria
ſm glo.rubrice quā vide latius.

## Quēadmodū ſeruitutes amittant.

De inſtitutiōe ſeruitutis plene ſ̄ di/
ctū eſt; ſequitur vt videamus de earuꝫ
amiſſione Itē amittūt nō vtendo decē
nio vel vicennio ꝺ c q̄ dic vt.ꝟ.c.ſi ꝑtem
excepto itinē ſepulcro debito ꝟ.c.l.iter
Morte aūt vel capitis diminutione nō
amittuntur ꝟ.c.l. materia predioꝝ ꝟ.co.
Itē ꝑ cōfuſionē vt.ꝟ.c.l.i. Itē ꝑ remiſſi
oneꝫ vi.latius ꝑ diſcurſū hui⁹ tituli.

# Incipit liber non⁹.

## Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.

Glo.rubrice.cōtinuat Dictū eſt ſ̄ de a/
ctiōib⁹ in rē ſequit de his q̄ naturā re/
aliū imitāt licꝫ ſint pſonales ſed ꝙ de
pauperie eſt antiquioꝛ ꝙ ex lege xij.ta/
bu.vt.ꝟ.c.l.i.in prin. Iō de ea dicit p̄us
Et ſciēdū ꝙ ſi quadrupes pauperiē fe/
ciſſe dicat actio ex lege.xij. tabulaꝝ de/
ſcendit q̄ lex aut vocauit dari id qđ no
cuit.i.id aīal qđ noxiā cōmiſit ā noxiaꝫ
offerre Noxia aūt eſt id ip̄m delictum
l.i.ꝟ.c. Vñ⁹ Noxia delictū deliquēs no/
xa vocatur glo.in v̄bo ip̄m in.ꝺ.l.i.vbi
vide lati⁹.Itē hec actio vtilis cōpetit
etſi nō quadrupes ſed aliud aīal paupe
riem fecerit.l.hec actio.ꝟ.c.et vi.l.ſi.ꝟ.co.
q̄ loquit de quodaꝫ q̄ cuꝫ equū duceret
ad tabernā equus ille mulū olfecit ex/
ponit gl.i.naſū ad culū poſuit mula cal
cem reiecit et crus ducentis equum fre
git et dicitur ibi cum domino mule agi
poſſe de pauperie. Et eſt pauperies dā
num ſine iniuria facientis damnum nō
enī p̄t aīal dici iniuriā feciſſe quod ſen/
ſu caret.l.i.in prin.ꝟ.c. vbi tex. dicit hec
actio locū hꝫ cū cōmota feritate nocuit
quadrupes puta ſi equus calcitroſus
calce ꝑcuſſerit aut bos coꝛnupetere ſo/
litus petierit ꝛc.ꝺ.l.i.quā vide que poit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

qñ ex damno dato p̃ quadrupedẽ habꝫ
locũ hec actio et quid ſi aliud aĩal vi.l.
penul.ꝟ.eo.

## Ad legem acquiliaꝫ.

Glo.rubrice continuat Habito tracta/
tu actionis in factuꝫ de pauperie ſuppo
nit de lege acquilia non quia naturam
actionis in factũ ſortiatur ſed quia dam
num proſequitur vt ſupꝛioꝛ Et eſt lex
acquilia plebiſcitũ nam acquilius tribu
nuſplebis eaꝫ a plebe interrogauit et
ꝓpoſit ꝓpter damnũ actio legis acqui/
lie et habet locum quando culpa dam/
num datum eſt.l.i.ꝟ.e. et habꝫ duo tm̃ ca
pita hodie q̃uis olim tria Primo capi/
te cauetur vt qui ſeruũ ſeruã ve alienũ
alienam ve quadrupedem vel pecudeꝫ
iniuria occiderit q̃nti id in eo anno plu
rimi fuerit tm̃ domino dari debet et cõ
tra negantem datur hec actio in duplũ
et que veniant appellatiõe pecudis vi.
d.l.ij.Tertio capite tenet qui pret ho/
minem vel pecudem occiſum damnum
dederit puta rupit vſſerit ꝛc.et tenetur
damnum dans q̃nti plurimi ea res fue/
rit xxx.diebus retro ꝟ.e.l.ſi ſeruus.§.ter/
tio aũt.

## De his qui deiecerũt vel effuderũt.

Dictum eſt s̃ de lege acquilia que eſt ex
maleficio ſequitur videre de act. in fa/
ctum que eſt ex quaſi maleficio et expo
ne ſm glo.rubrice id eſt de his ex quo/
rum domo aliquid eſt deiectum vel effu
ſum.ꝟ.eo.l.i.i.R. In hac materia pretoꝛ
taliter edixit de his qui deiecerunt vel
effuderunt Unde in eum locũ quo vul/
go iter vel in quo conſiſtetur deiectum
vel effuſum quid erit q̃ntum ex ea re
damnum datum factum ve erit in eum
qui ibi habitauerit in duplum iudiciuꝫ
dabo ſi eo loco homo liber ꝑiſſe dice/
tur quinquaginta aureoꝛum ideo dabo
ſi viuet nocitum qꝫ ei eſſe dicetur quan
tum ob eam rem equum iudici videbi/
tur eum cum quo agetur condemnari
tanti iudicium dabo.l.i.ꝟ.e.in prin.

## De noxalibus actionibus.

Dictum eſt s̃ ſi quadru.pau. ꝛc.ſed quia
actio noxalis habet ſimilitudinem cuꝫ
actio. de pauperie ideo ſequitur de ea
Et appellantur actiones noxales que
non ex contractu ſed ex noxia atqꝫ ma/
leficio ſeruoꝛum aduerſus nos inſtitu/
untur quarum actionum vis et pote/
ſtas hec eſt vt ſi damnatus quis fuerit
per ſeruum noſtrum licet nobis dediti
one id eſt traditione ipſius coꝛpoꝛis qꝺ
deliquerit euitare litis extimationem
l.i.ꝟ.e.vide quod dixi s̃ ſi ex noxali. cau/
ſa aga.

# Incipit liber x.

## Finium regundoꝛum.

Uiſum eſt s̃ de ſimplicibus iudicijs ſe/
quitur nunc videre de duplicibus qua/
le eſt iudicium finium regundoꝛum De
materia vide quod dixi.C. et in glo.i.
in.l.i.ꝟ.eo. que ponit ſummulam huius
tituli.

## Familie herciſcunde.

Quia iſtud iudicium etiam eſt duplex
Ideo de eo ponit et vide glo. rubꝛice
que dicit ꝙ hec rubꝛica eſt foꝛte greca
ſcꝫ herciſcunde ẽt dicitur familia id eſt
hereditas.C. de ver.ſig.l. fin. et herci/
ſco id eſt diuido vnde familie herciſcũ/
de id eſt hereditatis diuidende vide qꝺ
dixi.C.e.

### Communi diuidūdo:

Et hoc iudiciū eſt duplex de cōi di/
uidundo Ideo conſequenter ponit de
eo et vide quod dixi.C.eo. Et in hoc
iudicio nihil venit vltra diuiſionem re
rum que communes ſunt etſi quid in
his damni datum factum ve ſit quod eo
nomine aut abeſt alicui ſociorū aut ad
eundē ꝑuenit ex re cōi.l.iij.ꝑ.eo. ⁊ ē hec
actio quaſi ex contractu inſtī.de obliga.
que ex quaſi contrac.§.ſi inter.

### Ad exhibendum:

Glo.rubrice continuat Quia in predi/
ctis titulis agiť quandoq; prius ad ex/
hibendum vt ei qui agit ſit agendi et
probandi copia.ꝑ.e.l.ij. Ideo de hac po
nitur In hac actione actor debet dice/
re ſigna vt ſi petatur ſeruꝰ an fuit rufus
an magnus vel ꝑuus Idē in alijs rebꝰ
et competit hec actio contra quemlibꝫ
poſſeſſorem et eſt arbitraria inſtī.de act.
§.preterea vide qđ dixi.C.e.

# Incipit liber xi.

### De interrogatorijs actionibus.

Glo.rubrice cōtinuat Sicut ſupior
actio preparatoria eſt aliaꝝ actionū ita
he interrogationes tam realium de qui
bus dictum eſt q̄ ꝑſonaliū de quibꝰ di/
ceť ſunt ꝑparatorie Hic ſciendū ꝙ hoc
edictū hꝫ locū añ litī.contl.in principali
lite cuius gr̄a facit interrogationē. vñ
ſi volens agere contra heredem alicuꝰ
ꝑt contra eū inſtituere interrogationē
ſcꝫ ex q̄ ꝑte heres ſit ſi dubitat.l.i.ꝑ.e.in
prin. Edictū aūt de cōfeſſis hꝫ locū pꝰ
litē coteſtī.hec enī eſt inter ea dr̄a et ptꝫ
iſtud in naturali ingenio.cū enī ꝑ inter
rogationē et reſponſionē ego inſtruar
aliter ꝓcedā in cauſa ꝑncipali quō ſuꝑ
ea ꝑmū cōteſtarer litē vtpote nōdū in/
ſtructꝰ Itē ceſſaret rō.l.i.i.ꝶ.ꝑ.e.ibi ne/
dū ignoret De dr̄a inť hūc titulū et ti/
tulū de cōfeſ.vi.doct.h et.ꝑ.de confeſ.in
rubrica.hodie tñ nō vtimur interroga/
torijs actionibꝰ ꝙ nemo cogiť de ſuo iu
re añ iudiciū aliquid rñdere Iō ꝙ mi/
nus frequētať et in diſſuetudinē abie/
runt.d.l.i.§.interrogatorijs Et dicit gl.
rubrice ꝙ intitulať de actionibꝰ inter/
rogatorijs ꝙ iſte interrogationes q̄ per
hūc titulū fiūt fiebant olim actionibus
ꝓpoſitis ꝙ hodie nō fit vt.ꝑ.e.l.i.§.i.vñ
nō eſt hodie libellus dandꝰ quia id ho
die ꝑ ſolū officiū iudicis expliceť nō eſt
nec̄arius libellus qui ꝓpter actionem cō
ſueuit eſſe neceſſariꝰ vide latius in.d.g.
rubrice que ſolꝫ allegari ꝙ in officio iu
dicis nō requiriť libellus. hoc verū in
iudicis officio mercenario nō in nobi/
li qđ implorať ad aliquā diffinitiuā fe/
rendam vt in.l. quod ſi minor.§.fi.ff.de
mino. De materia vide in.c.fi.extra de
confeſ.et in.c.fi. extra de materia calū.
in glo.et in quibus caſibus interroga/
tus tenetur reſpondere vide per diſ/
curſum huius tituli et vide glo.in.c.i.
de confeſ.li.vi.

### De quibus rebus ad eundē iudicem eatur.

Glo.rubrice continuat Uel ſic Dictum
eſt nunc qualiter ordinentur vel expe/
diantur iudicia per quaſdam actiones
que continent ſocietatem veram vt a/
ctio pro ſocio. vel communionem rerū
pro diuiſo vel indiuiſo vt actio familie
herciſcunde.finium regundorū.cōmu
ni diuidundo.vel communionem actuū
vt tutele in quibus dicitur vt omnes
perſone quas conueniri vel conuenire
alios his actionibus continget eundē
iudicem petant et apud eundem reſpō/
deant.l.i. et ij.ꝑ.eo.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# Digeſti veteris

## De ſeruo corrupto.

Glo.rubrice continuat Dictum eſt ſup͂ ad legem acquiliā de damno dato in rebus noſtris inanimatis et in corpore noſtrorum ſeruorum. nunc de damno dato animis eorum et ita factis vicioſis vide quod dixi. C. de fur ⁊ ſeruo corrupto vide tamen.l.i.ꝑ.co vbi ponuntur verba edicti pretoris Ait pretor qui ſeruum ſeruā ve alienum alienam ve recepiſſe perſuaſiſſe ve quid dicetur dolo malo quo eum eam ve deteriorem faceret in eum quanti ea res erit in duplum iudicium dabo Eſtimatur in hac actione q̄nti ſeruus deterioratus eſt in corpore vel in animo ex perſuaſione mala et eſtimantur res quas ſubtraxit ꝑ.eo.l.in hoc iudicio Ad ſimilitudinem huius actionis datur patri vtilis actio ſi filius vel filia corrumpatur de quo vide inſti.de acti.§ omnes aūt actiones per glo.et docto.

## De ſeruis fugitiuis:

Glo.rubrice continuat Quia corruptione ſeruorum facta contingit eos fugere vnde apponit de fugitiuis Eſt autez fugitiu⁹ qui eo animo recedit vt nūq̄ꝫ redeat Erro qui animo redeundi quandoqꝫ ſm glo.rubrice hic de quo vide latius; C.e.et quod ibi dixi.

## De aleatoribus:

Glo.rubrice continuat Sicut fugitiuū eſſe vicium eſt ſeruorum ita aleatorem eſſe ſeruoꝝ et liberoꝝ eſt vicium vt.ꝑ.de edi.edic.l.ediles etiam.§ pedius Et iō de eis ſupponit et vi.l.i.ꝑ.e.q̄ ponit verba edicti pretoris Pretor ait ſi quis eum apud quem in alea luſum eſſe dicetur verberauerit damnum ve dederis ſiue quid eo tp̄e domo eius ſubtractum eſt iudicium non dabo in eum Qui alee ludende cauſa vim intulerit vtiqꝫ que res erit aiaduertā vide latius in.l.i.al.le.vbi iſta v̄ba pretoris exponunt̄ Itē licet prohibeatur quis ludere in pecunia tn̄ ſi quis certet haſta vel pilo iacendo vl' currēdo ſaliēdo luctando vel pugnando quod virtutis cauſa fiat non prohibetur.l.ij.§ i.et.l.ſe.ꝑ.eo. Item permittitur ludere in conuiuio, veſcendi cauſa.l.fi.i.R.ꝑ.e. Item ſi ſeruus vel filiuſſa.perdiderit pecuniam et ſic fuerit victus in ludo patri vel domino competit repetitio.d.l.ij.§ i. Et dicitur alee luſus omnis ille qui viribus fortune innititur Item luſor qui cōpulit colluſorem ludere mulctatur aut in carcerem ducitur.ꝑ.e.l.i.§ vl. Solent eni̅ quidam cogere ad ludum vel ab initio vel dum victi retinent amiſſa.ꝑ.e.l.ij.

## Si menſor falſum modū dixerit.

Dictum eſt ſ̄ de actionibus finium regundorum familie herciſcunde communi diuidūdo ſed quia in diuiſione rerū et in emptione pleruncꝫ menſor adhibetur et renunciat falſum modum appo nit ſi menſor fal.mo.dix. Item ſciendū ꝙ datur actio in factum contra menſorem ſi falſum modū renunciauerit ſeu dixerit ideo quia non crediderunt veteres inter tales perſonas locationem et conductionem eſſe ſed magis operaꝫ beneficij loco preberi et id quod datur ei ad remunerandum dari.l.i.ꝑ.e. Et datur in ſubſidium.l.iij.§ competit.ꝑ.e. Et datur ob dolum et lataꝫ culpaꝫ ſiue interueniat merces ſiue nō.l.i.§ hec actio et.§ lata culpa.ꝑ.eo. Si autez menſor nō renunciat falſum modum ſed diſtulit renūciationem dolo agit̄ cōtra eū act.de dolo.l.ſi menſor.ꝑ.eo.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

### De religioſis et ſumptibus funeꝝ et vt funus ducere liceat.

Glo.rubꝛice cõtinuat Dictũ eſt ſ̄ de rebus prophanis ſequitur videre de religioſis et earũ gratia de ſumptibus funerũ et quando funus ducere liceat Et eſt religioſus locus in quo aliq̄s eſt ſepultus etiamſi ſit ſeruus .l.ij.i.ff.e. et quid ſit funerũ ſumptus dixi. C.e. Et continere hoc edicto ꝙ nec homo mortuus nec oſſa hominis mortui in locuꝫ purum alterius aut in illud ſepulcrum in quo ius non eſt inferãtur qui hoc fecerit tenetur ad preciuꝫ aut vt corpus tollat ſi vero in ſepulcrum alienum inferat tenetur de ſepulcro violato pena centũ aureorũ.et que ſit differentia inter ſepulcrum et monumentũ vide in.d l.ij.§.ſepulcrũ.

### De mortuo inferendo et ſepulcro edificando.

Dictũ eſt ſ̄ de locis et expẽſis q̄bꝰ corpa mortua ſepeliunt̃ ſequit̃ videre quõ libere et abſq̄ʒ aliq̄ prohibitione liceat ſepelire ei q̄ ius hʒ Et q̄lit̃ ſepulcra edificabunt̃ Vñ ſciendũ ꝙ p̄toꝛ tale ꝓponit edictũ Quo q̄ ve illi mortuũ inferre inuito te ius eſt quo minus illi ei ve mortuũ inferre ibi ⁊ ſepelire liceat vim fieri veto.l.i.ff.e.vi.l.ij.ff.e. vbi ſunt v̈ba tex.negat lex regia mulierẽ ſi pregnans ſit mortua hũari añq̄ʒ partꝰ ei excidat̃ q̄ cõtra fecerit ſpem aĩantis cum grauida pimiſſe videt̃ Idẽ in ea q̄ ad mortẽ eſt dãnata ſm gl.in.d.l.ij.allegat.l. pregnantis.ff.de pe.De ſcd̓a pte rubꝛice loquit̃.l iij.et vl.ff.e.et vi.l.lõga.ff.e.ꝙ longa poſſeſſio ius ſepulcri non tribuit vide ibi latius glo.

# Incipit liber xii.

### De rebus creditis ſi certũ petatur et de condictione.

Cõtinua vt in gl.⁊ vi.de pma pte rubꝛice qd̓ dixi.C.e. De ſcd̓a pte vi.qd̓ dixi.C.ſi certũ petat̃ et in gl. rubꝛice h̄ q̄ exponit certũ.i.mutuũ petat̃.i. repetat̃ et ſubijcit et de cõdictiõe ſcʒ ſpẽali vel generali.i.de actiõe q̄ cõpetit ꝓ mutuo vel alio credito et ꝯpetit cõdictio certi ſpẽal' qñ mutuũ petit̃ vi.h̄ gl.rub. ſi aũt petat̃ certũ ex alia obligatõe ꝯpetit certi condictio generalis vi.in.l.certi.ff.eoꝛ Itẽ ſciendũ ꝙ mutuũ iñ dictũ eſt ꝙ de meo fit tuũ.l.ij.§.appellata.ff.e. et cõſiſtit in his rebꝰ q̄ põdere nũero vel mẽſura cõſiſtũt.d.l.ij.§.mutui Itẽ mutuũ damꝰ recepturi nõ eandem ſpẽꝫ quã dedimꝰ. Alioquin aut cõmodatũ erit aut depoſitũ ſʒ ideꝫ genꝰ.d.l.ij.in prin.

### De iureiurando ſiue voluntario ſiue neceſſario.

De materia vide qd̓ dixi.C.de re.cre. et iureiuran.et hic in gl.rubꝛice que ponit de multiplici iuramento Aut eſt voluntariuꝫ quod ps pti ex̄ iudiciũ defert Aut ncãrium quod iudex defert et conſtringit ad iurandum et illud recuſari nõ p̄t Aut iudiciale qd̓ defertur a pte pti in iudicio iudice approbante dictum a iudicio iſtud nõ eſt ncãriũ ſubire.C.e l.delato.et hec iuramenta ſunt de veritate Item eſt iuramentũ in litem qd̓ ꝓcedit in infinitum ⁊ eſt de affectione de quo.ff.titu.proxi. Item eſt iuramentum calumnie ⁊ hoc eſt de credulitate Iteꝫ tutoris ꝙ eſt creditoꝛ vel debitoꝛ et h̄ ſimiliter eſt de credulitate Iteꝫ iuramẽtum teſtl.et hoc eſt de veritate Item operaruꝫ Item purgationis Item rõne etatis Iteꝫ iudicis ⁊ aduocati vide latius in.d.glo.et in iuribus in ea alle.et C.e.alle.et vide.l.ij.ff.e. ꝙ iuramentum continet ſpeciem tranſactionis et maiorem habet auctoritatem q̄ʒ res iudicata de quo tamen ibi vide glo.⁊ vi.l.ſi duo patroni in fi.ff.e.ꝙ licʒ iurans per deum piurauerit ſolum deum habeat vltoꝛeꝫ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

l.ij.C.e.ſi tamē quis iurauerit per principem vel geniū principis et ꝑiurauerit fuſtigabitur vide glo.ibi.

## De in litem iurando.

Glo.rubꝛice continuat.ꝫ dictum eſt de iureiuran.quod eſt de re vt ꝫ titu.i.l.i.et.l.quotiens Hic de eo quod eſt ex voluntate ſiue affectione vt.ꝭ.e.l.i.et l. videamus.§.iurare et vide.l.videam⁹ alit. ꝙ qui iurat ignorans et ſic ſuꝑ incerto cōmittit anceps ꝑiuriū;de materia vide.C.e.et quod ibi dixi et dicitur hoc iuramentū in litem quia eſtimatio litis iuxta affectionem iurantis taxatur Et dꝫ iudex hoc iuramentū deferre etſi alius detulerit vel nō delato iuratuꝫ ſit nullum eſt iuſiurandum.ꝭ.e.l.videamus.§.deferre Item iudex pt pfinire certaꝫ ſūmā vſqꝫ ad quā iuret Iteꝫ ſi iuratuꝫ ſit licebit iudici abſoluere vel minoꝛis condemnare.d.l.videamus.§.iurare.

## De conditione cauſa data cauſa non ſubſecuta.

Uide qđ dixi.C.de condict.ob cauſam datoꝛis et eſt ideꝫ effectus hoꝝ tituloꝝ et expone condictio hic et in titulis ſequentibus id eſt repetitio.

## De cōdictiōe ob turpē vel iniuſtam cauſam.

Glo.rubꝛice cōtinuat;Uide eam et vide quod dixi.C.e.titu.

## De condictione indebiti:

Gl.rubꝛice cōtinuat Uide eā et qđ dixi.C.e.Et eſt triplex indebitū Primū naturalit et ciuiliter Scđꝫ naturalit ſꝫ debitū ciuilit vt ptꝫ in chirographo añ bienniū.hec duo indebita indiſtincte repetunt Tertiū eſt indebitū ciuiliter ſꝫ naturaliter debitum vt int pr̄eꝫ et filiū Item in legato min⁹ ſolēni et in illo repetit ſolutū ꝑ erroꝛē facti ꝓbabilem.l.i. et ibi glo.ꝭ.eo.

## De condictione ſine cauſa:

Uide continuationem ꝛc.C.de condicti.ex lege et ſine cauſa vel iniuſta cauſa Et dic ꝙ ſi quis ſine cauſa ꝓmiſerit vel ſoluerit aliqđ indebituꝫ qđ ꝓmiſit ſine cauſa ꝙ credebat ſe teneri ex teſtamēto ad legatū preſtādū cū nō valeret teſtamētū vel erat ademptū in codicillis.l.i et ibi gl.ꝭ.e. Itē cōdicē q̄ntitatē qs non pt quā nō dedit ſed bene ipaꝫ obligationem.d.l.i.

# Incipit liber xiii.

## De condictione furtiua.

Gl.rub.cōtinuat Explicito tractatu illaꝝ cōdictionū q̄ regularit ſūt inducte nūc ad eas tranſitū facit q̄ ex ordinē inducte ſūt Gl.rubce ponit alias cōtinuationes vi.eā et qđ dixi.C.e.⁊ dic ꝙ cōdictio.i.rpetitio rei furtiue ſoli dño rei dat Iteꝫ heredi ei⁹ nec ali⁹ tenet ea cōdictiōe niſi q̄ furtū fecit aut heres eius vide.l.i.et ibi glo.ꝭ.e.

## De condictione ex lege.

Gl.rub.cōtinuat Quia iſta cōdictio ſicut ſupioꝛ ſpēali rōne eſt inuēta Iō de iſta p⁹ illā ſupponit et eſt h.l.vnica q̄ dicit ſi obligatio noua lege introducta ſit nec cautum ſit quo genere actionis experiamur ex lege agendū eſt vide.C.e. de exemplo.

## De condictione triticaria.

Glo.rubꝛice continuat Proſecuto tractatu irregulariū ꝯdictionū ſupponit de ꝯdictione triticaria q̄ ⁊ ipa irregularis eſt vtpote.ſicut enī cetere non in cōtractibus tm̄ vel quaſi vel maleficio vel quaſi locū habet ſed nunc circa hec nūc circa alia ſuam ptātem videndū ꝫ quid ſit ⁊ vñ dicatur Et dic ꝙ in nullo iuris coꝛpe continetur vñ ipa ſumat appellationem.pt tm̄ probabiliter dici eā ſic vocari a tritico autoꝛe vt de publiciana

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dicitur Et habet locũ vbicunq̃ res aliq̃ petitur vt nomẽ rei ſicut eſt eius ꝓpria et larga ſignificatio corꝑalia et incorꝑalia omnia cõtineat excipit̃ ſola pecunia numerata.ꝟ.e.l.i.in prin. Et q̃liter in ea fit cõdemnatio vi.ꝟ.e.l.pe.

## De eo qđ certo loco dari opz.

Glo.rubrice cõtinuat Quia nõ nunq̃ fit varia extimatio rei ꝓper locoꝝ diuerſitatem de qua ſ̃ locut᷒ eſt Ideo incidẽter hũc titulũ ponit quo cõtinet̃ ꝙ ſi q̃s alio loco q̃ȝ in quẽ ſoluere ꝓmiſerit ſoluerit ſit ſtipulatori facultas agendi actione huius tituli que arbitraria eſt id ẽ iudicis officiũ plurimũ in ea exhibeant l.i.ꝟ.e.de materia dic vt dixi.C.vbi conueniatur qui certo loco da. ꝓmi.

## De conſtituta pecunia.

Glo.rubrice cõtinuat/ ſ̃ de principalib᷒ ꝑſonis locut᷒ eſt nũc de illis que accedunt vide qđ dixi.C.e. vbi dicit̃ ꝙ hic et ibi accipitur ꝓ eo tñ qui qđ alius dz ſe ſolutuꝝ ꝯſtituit Item fit conſtitutio nudo pacto pure et in diẽ et ſub cõditione.l. ſed etſi cũ. ſe.ꝟ.e.

## Commodati vel contra:

Glo.rubrice cõtinuat Quia beatius eſt dare q̃ȝ accipeꝛe Ideo tractatur᷒ de ꝯ̃ctibus in q̃b᷒ ad intereſſe agit̃ p̃mittit de cõmodato qđ fit tãtũmodo accipientis gr̃a et dic vt dixi.C.e. Et cõcedit̃ ꝯmodatũ ad certũ vſum vt ſi cõmodaui tibi equũ vt duceres reȝ de vno loco ad alium vſu iſto nõ expedito nõ reuocat̃. adiuuari enĩ nos nõ decipi bñficio opz ꝟ.e.l.incõmodato.ꝟ.ſicut ⁊ in.c.vnico ex͂ co.vbi de hoc ꝑ glo.et doc.latius

## De pignoraticia actiõe vel cõtra.

Vide gl.rubrice q̃ dicit ꝙ iſta pignoraticia eſt ꝑſonalis et dat̃ debitori ſoluto debito vel alias ſatiſfacto.ꝟ.e.l. ſi rem ꝟ omnis ſed creditori dat̃ ꝯ̃tria pignoraticia ad ꝓſequẽdũ pign᷒ vi.lati᷒.C.e.⁊ de pig De hypotecaria tractat̃.ꝟ.de pig.

# Incipit liber xiiij.

## De exercitoria actione.

Glo.rubrice cõtinuat Dictũ eſt ſ̃ de pignoraticia actiõe q̃ eſt acceſſoria nũc de exercitoria q̃ et ipa alterius obligationis acceſſoria eſt et idẽ de alijs ſequẽtibus dicas Et notat gl.alle. ꝙ iſte titul᷒ dr̃ ab illo ſ̃ nau.cau.ſta. ꝙ ille dat̃ ſolũmõ ꝓpt̃ res receptas vñ niſi res recepte ſint locũ nõ hñt Hic aũt ꝓpt̃ contractum cũ exercitore vel mgr̃o datur vide quod dixi.C.eo.

## Ad legem rodiam de iactu.

Gl.rubrice cõtinuat Dixit de exercitoria q̃ ſubuenit ꝯ̃hentib᷒ cũ mgr̃o/ nunc de lege rodia q̃ ſubuenit his q̃ iactũ fecerũt ſilr̃ cõtra mgr̃m.ꝟ.e.l.ij.in p̃n.⁊ his q̃ cauſa cõis periculi euitãdi aliqđ detrimẽtũ ſunt paſſi.l.i.ꝟ.e. Et dicit̃ rodia a rodos inſula in qua antiquitus mercatoꝝ plurium erat vſus quoꝝ cã nõ ſolũ in rodo inſula ſed generalis in oĩb᷒ terris lex eſt ꝓmulgata cui p̃ualere cõtraria cõſuetudo nõ p̃t de quo.ꝟ.e.l.qui leuande.ꝟ.fi.⁊ vi.l.i.alle.qua cauet̃ vt ſi leuãde nauis gr̃a iactus mercĩi factus eſt omnium contributione ſartiatur qđ pro omnibus datuȝ eſt Et que actio datur dic contra magiſtrum nauis ex conducto ſi conduxit nauem vel opam is cuius merces ſunt amiſſe vel ſublato circuitu.de equitate contra eos quoꝛuȝ merces ſalue ſunt vide.ꝟ.co.l.ij.quam vide latius vſq̃ ad fi. Item ille qui fecit iactum tenetur contribuere.

## De inſtitoria actione.

Glo. rubrice cõtinuat Vidimus de
nauiũ prepoſitione nũc de ꝓpoſitione
circa negocia dic vt dixi. C. de exercito
ria et inſtitoria act.

## De tributaria actione.

Glo. rubrice cõtinuat Qualit in ſolidũ
cõueniamur ex cõtractibus alioꝝ dixit
nũc qñ q̃ſi in ſolidũ.i.ñ deducto qđ dño
debet vel patri.ȷ.c.l.i.in fi.i.ff. Et ẽ tri
butaria q̃dã actio que cõpetit ꝯtra dñz
ex ꝯctu ſerui quẽ ſeruꝰ fecit in merce
peculiari ſciente et nõ cõtradicẽte dño
inſt. qđ cũ eo q̃ in alie. po. ꝑ totũ ⁊ q̃uis
dñs alias in contractibꝰ magnũ hz ꝓui
legiũ ꝙ de peculio tm̃ tenet cuiꝰ peculij
eſtimatio fit deducto eo quod dño debe
tur vel his q̃ ſũt in eius ꝑtãte tñ ſi ſci
ret ſeruũ in peculiari merce negociari
vocatur ex hoc edicto in tributũ velut
extraneꝰ creditoꝛ vt ſit eiuſdẽ conditio
nis cum alijs Et aliud eſt peculiũ et a
liud merx peculiaris ꝙ peculiũ accipit
deducto quod dño debetur. merx autẽ
peculiaris etiã ſi nihil ſit in peculio dñm
tributaria obligat ita demũ ſi ſciente eo
negociabit. d. l. i. ſciaz hic accipimꝰ que
hz. et volũtatẽ. d. l. i. §. ſcientiã Et ſic ꝑz
ꝙ in hac act. ſicut in actione de peculio
dñi conditio nõ eſt precipua ſed par a
lijs creditoribus. l. i. ȷ. e. et dr̃ tributoria
quia dñs vocat in tributuz ex hoc con
tractu ſerui.

## Quod cuz eo qui in aliena ꝑtãte eſt negociũ geſtũ eſſe dicatur.

Glo. rubrice cõtinuat Qualiter in ſoli
dũ cõueniamur ex contractibus alienis
dictũ eſt nũc q̃liter ipe filius factus ſui
iuris teneat audi Hic ſciẽdũ ꝙ filiusfa.
factus ſui iuris emãcipatiõe vel digni
tate vel morte tenet ex ꝑmis contracti
bus in q̃ntũ facere ꝑt e. l. i. ȷ. e.

## Ad ſenatuſcõſultũ macedonianũ.

Glo rubrice dicit Licz ex quolibet
contractu facto cuz eo qui in nr̃a ꝑtãte
eſt teneamur quoq̃. modo. hoc tñ fallit
in filiofa. in duobꝰ caſibus. vnus eſt in
voto vt. ȷ. de pollicita. l. ſi quis rem. §. vo
to et alius in mutuo et de hoc tractat h
titulus vt non teneatur ſcz cuz effectu
nec ipe nec pater. ȷ. c. l. i. vide quod dixi
C. eo.

# Incipit liber xv.

## De peculio.

Lex prima. ȷ. e. continuat Ordinarium
pretoꝛ arbitratus eſt prius eos contra
ctus exponere coꝛuz qui aliene poteſta
ti ſunt qui in ſolidũ tribuunt actionem
ſic de inde ad hoc ꝑuenire vbi de pecu
lio dat actio Et notat gl. rubrice mul
tas ſignificationes peculij. primo omne
patrimonium etiaz liberi hominis Se
cundo id quod cauſa p̃ſidij pro guerra
reponitur Tertio caſtrenſe vel q̃ſi ad
uenticium vel profecticiũ Quarto res
ꝑafernales mulieris Quinto quicquid
ſeruus naturaliter et iuſte tenet Sexto
id quod dominus ſeꝑauit a ſuis rationi
bus et ſeruo conceſſit et ſic hoc titulo
accipitur. ȷ. e. peculium in prin. et. l. depo
ſiti. §. fi. Septimo vt in lombardia de
eo qui pecuniam in alieno predio inue
nit Octauo pro ſalario vide glo. latius
et allegatioẽs eiꝰ et vide qđ dixi. C. de
epiſ. et cleri. Et dicitur peculium quaſi
puſilla pecunia ſiue patrimonium pu
ſillum. l. depoſiti. §. peculium et compe
tit actio de peculio contrahentibus cũ
ſeruo vel filiofa. patre vel domino no
lẽte et inuito ſecus in inſtitutoria. ȷ. e. l.
ſi quis. §. vlti. et. l. quotiens. i. ff.

## Quando de peculio actio annalis eſt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Dictū eſt de peculio in genere ſequitur videre in ſpecie ſcʒ vſqʒ ad qđ tps porrigatur actio de peculio qñ ſit annalis et dic ſi ſeruus vel filius in poteſtate dñi vel patris manet ꝑpetuo datur ſed ſi exeant de poteſtate fit tpalis.ɟ.eo.l.i.§.q̄ʒdiu. vbi dicit tex. q̄ʒdiu ſeru⁹ vel filius in poteſtate eſt de peculio actio perpetua eſt.poſt mortem aũt eius vel poſtq̄ʒ emancipatus eſt manumiſſus alienatus ve fuerit tpalis eſſe incipit id eſt annalis Quod aũt dictū eſt actioneʒ ꝑpetuam vel tpalem eſſe intelligenduʒ eſt ſm variam ſignificationē contractuum et actionum vt.ɟ.e.l.cū poſt.i.ℛ.

## De in rem verſo.

Glo.rubrice continuat Quia triplex ē actio ex edicto iſto et diximus ſ̄ de vna ſcʒ de peculio ſubijcit de alia vt ſ̄ de pecu.l.i.§.eſt aũt.vi.quod dixi.C.qđ cū eo ⁊c. Hic tñ aduerte ꝙ licʒ hi q̄ in ptãte ſũt aliena nihil in peculio hñt hi q̄ eos in ptãte hñt qñqʒ in ſolidū tenent̄ ſi in rem id eſt vtilitatem coꝝ quod receptū eſt cõuerſuʒ ſit et p̄t dare hec actio licet ceſſet de peculio actio ꝙ hec actio eſt ꝑpetua et habet locū ſiue peculiū ademptū ſit ſiue actio de peculio anno finita ſit et datur hec actio quotienſcūqʒ ſeru⁹ volũtate dñi gerendo negocii eius aliquid ei emerit vł obligationē pro eo iniuit etiã ſi ad luxurie materiã.ɟ.eo.l.iij §.nec nõ.l.ſi res.§.quod ſeru⁹ ſec⁹ ſi non voluntate dñi.

## Quod iuſſu.

Glo.rubrice cõtinuat Quia ſ̄ de peculio et de in rem verſo dixim⁹ ponit qđ iuſſu vt ſ̄ de pecu.l.i.§.eſt ãt.vide quod dixi.C.qđ cum eo ⁊c.Et aduerte latius ꝙ datur hec actio quod iuſſu.cuʒ iuſſu vel mandato dñi contrahit ſeru⁹ ſiue dirigatur iuſſus ad contrahentē ſiue dirigatur ad ſeruū et datur heredib⁹ et in heredes et in ꝑpetuū et in q̄ntū iuſſus interuenerit et merito dat̄ ex iuſſu dñi vel patris in ſolidū aduerſus eum dat̄ iudiciū nã quodãmõ cū eo contrahit̄ qui iubet.l.i.ɟ.e.in prin.quã vide ꝑ totū

# Incipit liber xvi.

## Ad ſenatuſconſultū velleianū.

Glo.rubrice cõtinuat Dictuʒ eſt ſ̄ q̄lit̄ ex alteri⁹ contractu quis tenet̄.nũc q̄liter ex ſuo nõ teneatur ꝓpter velleiani exceptionē vi.C.e. et vi.l.ij.§.i.vbi ponuntur v̄ba ſenatuſconſulti.et vi.gl.in l.ſi.ɟ.e.q̄ ponit verſus in quib⁹ ceſſat ſenatuſcõſultū velleianū Caſib⁹ in ſenis mulier ſpondēdo tenet̄ Pro libertate pro dote renunciat etſi decipiat. p̄cium capiat caueat qʒ ſcđo. Res ſua/ ſuccedat illi ꝓ quo fideiuſſit.

## De compenſationibus.

Glo.rubrice cõtinuat Quia in creditis p̄ncipalib⁹ et acceſſorijs de q̄b⁹ ē dictū obijcit̄ cõpenſatio ideo de ea ponit Et eſt cõpenſatio debiti et crediti inter ſe id eſt ex vtraqʒ.pte cõtributio vide latius.C.eo.

## Depoſiti vel contra.

Glo.rubrice cõtinuat Inter alios contract⁹ ponit de hoc qui fit gr̄a dãtis tm̄ vi.C.e.et qđ ibi dixi et dat̄ actio depoſiti deponēti directa ad repetēdum depoſituʒ ſʒ ꝯria depoſitario ⁊ ei⁹ heredi. ſi q̄d vtilit̄ in rem depoſitã eſt īpēſuʒ ⁊ cõſiſtit depoſitū in reb⁹ mobilibus et ſe mouentibus tm̄ niſi forte apđ ſequeſtꝛ deponit̄ et quid ſi ſequeſtrū et quõ dr̄t a depoſito vi.in.c.examĩata ꝑ gl.et doc. extra de iudi.

# Incipit liber xvij.

## Mandati.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Quid aũt ſit mandatũ vi, qđ dixi. C.
e. et hic in glo. rubrice et ibi plene de h
dicit.

Pro ſocio.

De materia vide quod dixi. C. e. vi. tñ
l. ſocietatem. §. arbitroꝝ. ff. e. vbi dicit. ar/
bitroꝝ eni genera duo ſunt. vnum eiuſ/
modi vt ſiue equũ ſit ſiue iniquũ parere
debeamus Alteꝝ eiuſmodi vt ad boni
viri arbitratum redigi debeat et ibi tra
ctat bar. et doc. late materiaꝫ arbitrato
rum Canoniſte lati⁹ in. c. qntauallis ex
de iureiuran.

# Incipit liber xviii.

## De contrahenda emptione ⁊ de pactis inter emptorem et venditorẽ compoſitis.

Gl. rubrice cõtinuat Licꝫ ſup reb⁹ mul
te contrahant obligationes vt eſt dictũ
ab illo titu. ſ. de re. cre. vſqꝫ huc hec tñ
vna eſt precipua ſcꝫ emptionis Jõcꝫ ſu
per ea ſpẽalẽ librũ ponit et vide. l. i. ff. e.
que dicit vñ emptio et venditio habuit
originem et vi. qđ dixi. C. e. Et dĩt em/
ptio et venditio a permutatione qꝛ vbi
datur pecunia vt aliud aliquid accipiat
eſt emptio et venditio. vbi aũt alia res
p̃ter pecuniã pro conſili vel alia re tra/
ditur eſt ꝑmutatio et ſic in ꝑmutatione
vtrũqꝫ dĩ merx et p̃ciũ. et vterqꝫ appel/
latur emptor et venditor in venditiõe
vnus emptor alius vẽditor et aliud p̃/
cium et aliud merx.

## De in diem adiectione.

Glo. rubrice continuat Dixit ſ. in gene
re de pactis inter emptorẽ et vendito/
rem. nũc ſpẽaliter de quodam ſcꝫ adie/
ctiõis in diẽ vt vẽdo tibi rem h pacto
qꝫ ſi aliquis in diem talem melioreꝫ cõ/
ditionem attulerit qꝫ ſit inempta vi. de
hoc in. l. ij. ff. e. Et in glo. rubrice et hũt q/
daꝫ addictione. et cõponit ex ad et di/
co et eſt vendere ꝑ licitationẽ hoc eſt in
venditione publica vbi ali⁹ alio maius
p̃cium pollicetur vt ſibi potius qꝫ alteri
venalia addicantur.

## De lege cõmiſſoria.

Gl. rubrice cõtinuat Hic etiã eſt qđdã
pactũ ſpẽale qđ in vẽditiõe apponit ſꝫ i
pignorib⁹ reprobat vt. C. de pac. pig. et
eſt pactũ legis cõmiſſorie vt ſi vẽdo ti/
bi rẽ et trado etſi nõ ſolueri. hinc ad mẽ
ſeꝫ qꝫ res ſit inẽpta vt in gl. i. l. i. ff. e. Ad
uerte qꝫ cũ venditor fũdi in cõuentione
cauit vt ſi ad diem pecunia ſoluta non
ſit vt fũd⁹ ſit inempt⁹ ita debem⁹ intel/
ligere fundũ inẽptũ ſi emptor eũ inem/
ptũ eſſe velit qꝛ id emptoris cã cauet et
iõ lex cõmiſſoria hꝫ locũ ſi emptor volꝫ
non eo inuito qꝛ quod fauore ⁊c. C. de
legi. l. quod fauore.

## De hereditate et actione vendita.

Gl. rubrice cõtinuat Dictũ ẽ ſ. de vẽ
ditiõe reꝝ corꝑaliũ. nũc de vẽditiõe in/
corꝑaliũ Aduerte tñ qꝫ valida exñte vẽ
ditione hẽditatis venditor in p̃mis res
hereditarias tradẽ dꝫ emptori qꝫ ſi nõ
ſint apud eũ vel dubitat q̃ ſint vel vbi
ſint cedere dꝫ actiones oẽs hẽditarias
ff. e. l. ij. §. ꝑuenisse et. §. nõ ſolũ Jtẽ preſta
bit venditor emptori qđ ad ſe peruenit
vel ꝑueniet de hereditate preſtabit ꝰ p̃/
cia venditaꝝ reꝝ ⁊c. de alijs dic vt dixi
C. eo.

## De reſcindenda venditione et quã/ do liceat ab emptione diſcedere.

Glo. rubrice cõtinuat Dictũ eſt ſ. q̃/
liter contrahat venditio. nũc q̃liter re/
ſcindat altera ꝑte inuita et qñ liceat diſ
cedere vtraqꝫ ꝑte volẽte vi. qđ dixi. C.
e. ⁊. C. qñ liceat ab emp. diſce. ⁊ ſũt duo
tituli in Codice ſed hic vnus tm̃ habẽs
duas ꝑtes.

## De ꝑiculo ⁊ cõmodo rei vendite.

Gl.ru.cōtinuat Quia in re vēdita eue/
nit piculū iō de eo dicit Itē qꝫ ⁊ cōmo
dū.vt.ſ.e.id qđ.iō de eo ponit vi.qđ di/
xi.C.e.vbi poſui r̄gulā. Et pt poni alia
regl'a ſi vēditio ſit pure et ſine ſcriptis
certe ſpēi q̄ deguſtationem non exigit
oē piculū ptinet ad emptorē excepto ca
ſu publicationis niſi pactū culpa mora
calliditas tradētis infuenerint ⁊ decla
rat regl'a p diſcurſū hui⁹ tituli.

## De ſeruis exportādis vel ſi mācipiū venierit vt manumittat vel ecōtra.

Gl.rub.ſic ptinuat Adhuc ponit de q̄/
buſdā pactis q̄ fiūt in vēditiōib⁹ ſeruo
rū de materia vi.C.ſi ſeru⁹ expor.ve et
in ti.ſi māci.ita fuerit alie.vt ma.vel ꝯ.

# Incipit liber .xix.

## De actionib⁹ empti et venditi.

Gl.rub.ptinuat Quia emē et vēdē parū
pdeſt niſi actiōes eſſent hinc iū q̄ ven/
ditiones exeq̄rent Iō de actio.emp. et
ven.ponit vi.C.e.et qđ ibi dixi Et agit
his actiōibus ad id qđ inteſt emptoris
vel venditoris.

## Locati et conducti.

Quia locatio et cōductio cōſenſu ptra/
hit ſicut emptio et vēditio.l.i.ſ.e. Ideo
poīt de ea vi.C.e.et qđ ibi dixi Et ē lo
catio pſone rei vē ad vſū facta cōceſſio
mercede in pecunia numerāda cōuenta
et dī locator q̄ qđ ſuū eſt alteri ad vſum
concedit.cōductor qui recipit.

## De eſtimatoria actione.

Glo.rub.exponit.i.de actiōe pſcriptis
verbis q̄ de eſtimato ꝓponit vt inſtl.de
act.§.actionū Uel iō dī eſtiatoria quia
iudex ſuā intponit eſtimationē aliqn̄ et
aliqn̄ nō vt.ſ.e.l.vnica in fi.cū id qđ in/
tereſt cōtineat et dat actio eſtiatoria du
bitationis tollēde gr̄a Fuit enī magis
dubitatū cū res eſtimata vendenda dat
vtrū ex vendito ſit actio ꝓpter extiatio
nem an ex locato q̄ſi rē vēdēdā locaſſe
videar An ex cōducto q̄ſi opas cōdux/
iſſem An mādati Meli⁹ itaqꝫ viſum eſt
hāc actionē ꝓponi. quotiēs eū de noīe
cōtract⁹ alicui⁹ ambigeret conueniret
tū aliquā actionē dari dandā extimato/
riā pſcriptis vbis actionē.l.i.ſ.e. Et eſt
effect⁹ extiationis qꝫ facit piculū ei⁹ q̄
ſuſcepit igit ipaꝫ rem debebit incorru/
ptā reddere aut extimationē de qua cō
uenit.d.l.i.in fin.

## De rerꝫ pmutatione.

Quia pmutatio hꝫ ſilitudinē cū empti/
one. Iō ſequit de ea dic vt dixi.C.e.

## De preſcriptis verbis et in factū actione.

Uide.l.i.ij.et iij.qꝫ actio pſcriptis vbis
hꝫ locū qn̄ vulgaria et vſitata actionū
noīa deficiūt.et ad hāc actionē ncē eſt
confugere quotiens contract⁹ exiſtant
quoꝝ appellationes neqꝫ iure ciuili p/
dite ſūt. et vide quod dixi .C.de re.per
mu.et pſcrip.vbis et vi.l.natura.ſ.e.cu/
ius hec ſunt vba Natura eni rerꝫ indi/
ctū eſt vt plura ſint negocia q̄ꝫ vocabu/
la. Et actionem pſcriptis vbis lex q̄nqꝫ
vocat actionē in factū.d.l.i.ſ.e. Un̄ ſcie
dū qꝫ vbi lex pretoria inducit obligatio
nē et nō exp̄mit actionē ſeu nomē act.
tūc dat p ea actio in factū ſed qn̄ lex ci/
uilis inducit obligationē et nō exp̄mit
actionē tunc dat condictio ex lege. pro
hoc vide inſtl.de actio.§.actionū vbi de
hoc et vide hic glo. rubrice que dicit qꝫ
actio pſcriptis vbis hꝫ locū in tribus
generibus negocioꝝ Primo in pactis
in continenti appoſitis Scđo vbicūqꝫ
dubitatur de actore circa contractum.
Tertio in tribus contractibus innoīa
tis. Item actio in factum habet locū in
tribus generibus negocioꝝ Primū vi
delꝫ pſcriptis vbis et tunc dicitur in fa
ctum ciuilis.ſ.e.l.i.in fi. Scđo in locum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

omnium edictorum et interdectorum quibus ſpecialia nomina non accõmodantur. Tertio vbicunqꝫ ſuadet equitas actionem dari vt ex contractu vel etiam extra contractum vnde dicitur dari ex varijs figuris cauſarũ quaſi nõ habeat certas ſemitas ſed ſit anormala vt.ꝭ.de ack.et ob.l.i. vide latius gloſſe.et allegationes eius.

# Incipit liber xx.

## De pignoribus et hypothecis et qualiter ea contrahantur et de pactis earum.

Glo.rubrice continuat ſ de principalibus obligationibus tam nominatis ꝙ̃ innominatis dixit nunc de acceſſorijs id eſt pignoribus et hypothecis ꝯtractat vide quod dixi.C.de pigno.et.C. de pac.pig.

## In quibus cauſis pignus vel hypotheca tacite contrahitur.

Quia q̃lr pignus expreſſe ꝯhit dictũ ē videndũ eſt quõ tacite Item bona matris que conuolat ad ſecunda vota tacite obligata ſunt vt reſtituat mater que lucrata ē a priori marito.l.hac edictali.ꝭ.penul.C.de ſe.nup. Item bona defuncti mariti tacite obligata pro paraphernalibꝰ rebꝰ reſtituẽdis .C.de pac. cõ.tam ſup do.l.vl. Item bona defuncti pro legatis et fideicommiſſis.C.cõmunia de le.l.i.et vide.l.in predijs.ꝭ.eo. ꝙ in predijs ruſticis fructꝰ qui ibi naſcuntur tacite intelliguntur pignori eē domino fundi etiã ſi nominatim id nõ cõuenerit vi. quod dixi .C.e.

## Que res pignori vel hypothece obligari non poſſunt.

Vide quod dixi.C.e.

## Qui potiores in pignore habeantur et de his qui in priorũ creditorũ loco ſuccedunt.

Vide quod dixi .C.e.et.C. de his ꝙ in prio. credi. loco ſucce. Et de ſecũda ꝑte vide etiam glo.in.l.ariſto. in verbo pignus ſ titu.proxi.et vide.l. etiam.ꝭ.e. ꝙ in ſupficiario vel emphyteota pignorante potior eſt cauſa domini pro penſione eius ꝙ̃ cui obligauit emphyteota vel ſupficiarius Item fallit rõne mendacij vide auc. Item poſſeſſor.C.e.

## De diſtractione pignoꝝ.

Vide.C.e.et quod ibi dixi.

## Quibus modis pignus vel hypotheca ſoluitur.

De materia huius rubrice vide quod dixi.C.de remiſſi.pigno. et.C.de luiti. pigno. Hic ſciendum ꝙ ſoluitur hypotheca ſi ab ea diſcedatur voluntate creditoris ſiue ſolutum eſt debitum ſiue eo nomine ſatiſfactum.et dicitur ſatiſfacere qui non debitũ ipꝫ ſoluit ſed pignus vel fideiuſſorem dat quam ſatiſfactionẽ creditor inuitus admittere nõ tenetur ſed ſi eam admiſerit vice ſolutionis eaꝫ imputare debet. vide de materia quod dixi.C.in locis ꝑalle.

# Incipit liber xxi.

## De edilicio edicto et redibitoria et q̃nto minoris actione.

Vide qđ dixi.C.de edili.ack. Et eſt redibere facere vt rurſus habeat venditor qđ habuerat.et quia reddendo id fiebat idcirco redibitio eſt appellata q̃ſi redditio.l. redibere.ꝭ.eo.et appellat̃ hoc edictũ ediliciũ ꝙ ediles currules has actiones ꝓpoſuerũt Et dicti erant ediles ꝙ edendoꝝ et edium curã habebãt



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Edendoꝝ in hoc vt morboſa caro nō
venderetur ꝓ nimis grandi precio. vel
vicioſum animal Edium aūt curam in
hoc nequid in via poſitum eſſet Itē ne/
incenderentur edes ꝯ de offi. prefec. vi.
l. i. Curules aūt ideo dicti quia propt
eorum dignitatem in curribus defere/
bantur.

## De euictiōib⁹ et dupli ſtipulatiōe.

Glo. rubrice continuat ꝯ dictū eſt de
vicijs que faciunt rem quaſi euinci nūc
de vera euictione vi. C. e.

## De exceptiōe rei vēdite ⁊ tradite.

Glo. rubrice cōtinuat Quia ipſemet
qn̄q₃ qui vendit vel alius qui ſilis ei ſit
vult euincere Ideo de hac exceptione
dicit opponēda cōtra predictas Et da/
tur hec exceptio emptori et eius ſucceſ
ſori vlī vel ſingulari. ff. e. l. vl.

# Incipit liber .xxii.

## De vſuris et fructibus et cauſis et oībus acceſſionibus et mora.

Glo. rubrice continuat Quia principa/
libus petitionibus de quibus eſt dictū
accedunt aliqua ſiue ſit pſonalis petitio
ſiue rei alicuius Iō ponit de vſuris q̄
ſc₃ ex pecunia ꝓueniūt et ſic dicitur ac
ceſſio ciuilis quia extra corpus venit
Et fructibus ſc₃ predictoꝝ que eſt na/
turalis acceſſio. ff. de ver. ſig. l. vſura pe/
cunie Item de cauſa vt de partu et pri/
mo et ſequētibus. ff. e. l. equis Et omni/
bus acceſſionibus ſc₃ predictis et alijs
Item quia occaſione more debitoris p̄/
dicta eueniūt dicit etiā. de mora de qua
vide. l. mora in prin. ff. e. Et de materia
vſuraꝝ vide quod dixi. C. de vſu. et qđ
dicam ex̄ de vſu.

## De nautico fenore.

Uide quod dixi. C. e. et vide. l. i. ff. eo. ꝙ
traiecticia pecunia eſt q̄ trās mare ve/
hitur.

## De probationib⁹ et preſumptiōib⁹.

Glo. rubrice continuat Quia in cauſis
de quibus dixit et etiam de quibus di/
cetur neceſſarie ſunt probationes et p̄/
ſumptiones Ideo de eis dicit vide. qđ
dixi. C. de proba. et quod dica₃ extra de
preſump.

## De fide inſtrumentorum et amiſſio/ne eorum.

Uide quod dixi. C. e. et vide glo. rubri
ce que cōtinuat Uiſa probatione in ge
nere ſequitur per ſpecies ⁊ primo de ea
que fit ꝑ vocem mortuam que validior
eſt q̄₃ ea que ꝑ vocem viua₃ fit.

## De teſtibus.

Glo. rubrice continuat De fide inſtru/
mentorum dictum eſt nunc de probati/
one que fit per viuam vocem vide qđ
dixi. C. e. Que autem requiruntur in te
ſte continētur in his verſibus Etas cō
ditio ſex⁹ diſcretio fama Et fortuna fi/
des in teſtib⁹ iſta requires Glo. in. l. ij. ff. e.
et in. c. ij. extra eo.

## De iuris et facti ignorantia.

Glo. rubrice continuat Quia in penis ⁊
factis et in cauſis ſepe pretenditur er/
ror tam iuris q̄₃ facti Ideo de eo ponit
et de differentia inter ignorantiam ne/
ſcientiam errorem et titubationē vide
h̄ glo. rubrice ⁊ quod dixi. C. e. Aduer/
te tamen ad vnū h̄ ꝙ regula eſt in hac
materia ꝙ ignorantia iuris cuiq₃ nocet
ſecus in ignorantia facti quod ꝓſeque/
re vt plene in regula ignorātia de re. iu
ris li. vi.

# Incipit liber xxiii.

## De ſponſalibus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Glo.rubrice continuat Diximus de
contractibus rerum.nunc de contracti
bus perſonaruz id eſt nupcijs ſed quia
ſponſalia precedũt Ideo de his premit/
tit vide.C.e.et quod ibi dixi.

## De ritu nuptiarum.

Glo.rubrice exponit id eſt feſtiuitate ſi
ue ſolennitate nuptiarum et notat glo:
ꝙ hec quattuor idem ſignificant matri/
monium nuptie coniugium conſortiuz
ſed contubernium eſt tm̄ inter ſeruos
vt.C.de adul.l.ſerui.Quid autem ſint
nuptie matrimonium ꝛc. vide quod di/
xi.C.de nuptijs.

## De iure dotium.

Uide quod dixi.C.e.

## De pactis dotalibus.

Glo.rubrice continuat Quia ſ̄ de dote
de qua dictum eſt fiunt quedam pacta
que valent.quedaz que non valent Iō
de omnibus dicit vide quod dixi.C.de
pac.conuen.

## De fundo dotali.

Glo.rubrice continuat Non ſolum ſu/
periora pacta expreſſa fiunt in dote ſed et
quedam tacita vt ſcz non alienetur fun
dus dotalis Et iō de hoc ſubijcit et eſt
alienatio vt.C.e.l.i.Item fundus dota
lis eſt qui in dotem datur et qui eſt in/
eſtimate datus vi.glo.i.et ij.rubrice.

# Incipit liber xxiiii.

## De donationibus inter virum ⁊ vxorem.

Uide glo.rubrice que continuando
ſic dicit facit matrimoniuz vt non alie/
netur fundus dotalis vt ſ̄ titu.proxi.
facit etiam vt donationes inter coniu/
gem non valeant Ideo de hoc dicit vi/
de quod dixi.C.e.

## De diuorcijs:

Glo.rubrice continuat Dictum eſt ſ̄ de
contrahendis matrimonijs.nũc de diſ/
iungendis Et dic ſm glo.alle. ꝙ diuor/
cium inter coniuges dicitur.inter ſpon
ſos repudium ſed promiſcue ſepe vtun
tur.ꝗ.de ver.ſigni.l.diuorcio.§.i. Et erãt
olim multe cauſe ex quibus fiebant di/
uorcia. hodie pauce ſed iure canonum
nulle vide in.d.glo.et quod dixi.C.eo.
Item an mulier preſtans cauſam diuor
cio et econtra maritus perdat dotem
et donationez propter nuptias vide le
gem conſenſu ibi.C.e que videtur con/
cludere ꝙ ſic per quaz legem ſentire vi/
detur bar.in.l.ſi ab hoſtibus in.§.ſi vir
ff.ſolu.matri ꝙ ſi mulier interficiat ma/
ritum non ſolum debet perdere lucruz
donationis quod ex pacto haberet.d.§.
ſi vir.ſed etiam dotem per illam.l.con/
ſenſu ex quo ipa cauſam dedit diuorcio
et ſua culpa diuorcium factum eſt.

# Et ſic eſt finis.ffti. veteris.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf